STUDI INTORNO AL MUNICIPIO DI MANTOVA DALL'ORIGINE DI QUESTA FINO...

STORIA

DI

MANTOVA

PER

CARLO D'ARCO

VOLUME TERZO

MANTOVA
Viviano Guastalla editore.

STABILIMENTO TIPOGRAFICO MONDOVI
1872.

STUDI

INTORNO

AL MUNICIPIO DI MANTOVA

DALL'ORIGINE DI QUESTA FINO ALL'ANNO 1863

AI QUALI

FANNO SEGUITO DOCUMENTI INEDITI O RARI

PER

CARLO D'ARCO.

VOLUME TERZO

MANTOVA
Viviano Guastalla editore.
TIPOGRAFIA L'EUTERPE
1872

PARTE SECONDA

DEL CODICE BONACOLSIANO

ILLUSTRATO CON NOTE E CON DOCUMENTI

nella quale si comprendono
gli ultimi sette libri degli Statuti Mantovani raccolti ed ordinati al 1303
da Rinaldo e da Bonaventura dei Bonacolsi

VOLUME TERZO

RUBRICÆ LIBRI QUARTI STATUTORUM.

RUBRICA 1ª

De paraticis

Utilitatibus et comodis arcium et ministeriorum Civitatis Mantue providere atque consulere cupientes statuimus et firmamus quod homines infrascriptarum artium et ministeriorum possint habere capita et prepositos. Que capita teneantur eligi et eligantur arbitrio dominorum Vicariorum sicuti et quantum et qualiter eis videbitur. Ita quod nullus possit eligi in caput seu prepositum alicujus paratici nec esse de aliquo paratico qui non exerceat personaliter officium sive artem sui paratici. Et habeat in scriptis hujusmodi capita hominum omnium exercentium artem sui paratici personaliter a duodecim annis supra in una Cronica. Et nulla persona possit esse nisi de uno paratico nec scriptus in Cronica nisi de uno paratico nec habere officium nec beneficium nisi de uno paratico. Possit autem exercere plura ministeria et artes. Et nullus possit esse caput alicujus paratici qui non sit natus in Civitate Mantue vel episcopatu vel nisi habitaverit per XXX annos in Civitate Mantue. Et sint et intelligantur dicta capita esse de consilio majori et possint facere statuta approbanda prius sicuti per dominos Vicarios videbitur pena arbitrio dominorum Vicariorum si contrafiat. Que statuta non sint contra Statuta Comunis Mantue nec eciam contra publicam utilitatem et hujusmodi statuta dominus Potestas servari facere teneatur. Et predicta capita habeant jurisdictionem et cognitionem usque ad X. sol par inter eos paratici sui causis precedentibus delictis vel accusationibus factis super rebus ad ministerium suum spectantibus et non aliter. Et si quis voluerit intrare aliquod dictarum paraticorum ab anno novo ultra teneatur solvere paratico XX sol. par. et non ultra usque vero ad dictum terminum quilibet possit intrare sine solvendo aliquid. Tunc nullus discipulus qui artem seu ministarium principaliter per se non exerceat non compellatur nec teneatur in Cronica paratici nec ab eo exigi possit intratica nec aliquid aliud occasione paratici illius artis vel ministerii. Artes vero et ministeria que possunt habere paraticum suum hec videlicet. Indices Notarii. Facientes drapos lane. Calegarii et confectores. Beccharii et Boeterii Roborii. Ferrarii. Pelissarii Speciarii Texto-

res lane Sartores. Facientes caligas. Piscatores. Merzarii. Barberii. Vendentes pannos ad retabum. Tinctores laue Facientos pignolata. Tinctores et Retajatores pignolatorum. Carezatores. Et Linaroli. Et liceat cuilibet paraticorum habere quatuor capita et quatuor consiliarios vel pauciores cum quibus possint providere et examinare super agendis occasione sui paratici et aliter dicta capita exemblamentum non possint facore sine licentia dominorum Vicariorum. Nec possint eciam nec debeant facere tractare seu tenere conjurationem conspirationem statutum reformationem consuetudinem seu abusionem vel pactionem de non faciendo credenciam vel de non dando vel de dando ad dictum modum vel ad dictum precium nec aliquam aliam conjurationem conspirationem statutum reformationem consuetudinem seu abusionem vel pactionem inter se vel cum aliquo alio nec aliquid in frandem predictorum vel alicujus eorum facere habere vel tenere. Sed omnia et singula statuta reformationes et scripture de predictis et quolibet predictorum intelligantur et sint irrite et casse atque nullius valoris. Sane quelibet persona de ministerio vel arte et alterius cujusbbet condictionis tenestur et debeat facere et exercere suum ministerium artem vel officium bona fide et legaliter et in illo dolum non comittero seu fraudem. Et si in predictis vel aliquo predictorum contrafactum fuerit non valoat neo teneat. Et insuper contrafaciens vel conscucieus vel auxilium consilium vel favorem prestans puniatur et condempnetur realiter et personaliter arbitrio domini Potestatis secundum condictionem persone et qualitatom facti. Et de predictis omnibus et singulis quilibet sit accusator et habeat medietatem banni. Et insuper dominus Vicarius possit deputare ot ponere accusatores pubblicos et privatos sicut ei videbitur ad predicta. Salva semper concessione facta Colegio mercatorum mercadantio grosse. Et salva consuetudine capitum societatum Mantue et cuncium ad corpora sponsalia nupcias et convivia. Hec autem omnia et singula suprascripta et spectantia quocumque modo circa predicta sint integraliter et romaneant ad bonum purum intollectum et arbitrium domini Potestatis. Ita quod plenarie possit supredicta et eorum occasione interpretari cognoscere puniri et condampnare realiter et personaliter ut ei videbitur. Et salva semper provisione et arbitrio ipsorum dominorum Vicariorum Mantue super axemblamentis predictis.

RUBRICA 2ª

De collegio Iudicum

Statuimus quod omnes Iudices Civitatis et burgorum Mantue quibus preciperetur sint et esse debeant Advocati et Sindici Comunis Mantue. Et quicumque pro Comuni Mantue fuerit ad consulendum super factis et causis ipsius consulere teneatur sine aliqua mercede capienda a parte Comunis. Preterea et esse Advocati pauperum atque pro pauperibus orphanis viduis et mendicantibus advocare seu placitare in causis ipsarum qui propter paupertatem et impotentiam jura sua non possunt defendere seu ab aliis petere que debentur eisdem et ab ipsis non sufficientibus ad expensas nihil accipiant. Et quociescumque pater orphanus vel mendicus appellaverint aliquem Iudicem vel aliquos Iudices u vadant secum coram domino Potestate vel ejus Iudicibus seu quocumque alio officiali pro allegando vel defendendo jus suum teneantur sacramento omni mora postposita et omni dilatione sublata ne incontinenter cum eo et jus suum allegare et proponere pro posse et non accipere donum exenium ab ipso modo aliquo vel ingenio. Nec tam tabelliones quam Iudices possint vel debeant aliquid accipere pro consilio vel scripturis vel instrumentis que dabunt vel facient in causis vel judiciis predictorum pauperum orphanorum viduarum et mendicorum. Sed sine precio et mercede teneantur tabelliones et notarii scribere consilia et scripturas facere. Qui autem contrafecerit in predictis puniatur arbitrio domini Potestatis et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni. Et pro his ipsi Iudices omnes et singuli Civitatis Mantue et burgorum a personalibus muneribus Comunis Mantue excusentur cum non deceat juris ministros judices Advocatos custodes castrorum vel portarum et hujusmodi vilia exercere.

RUBRICA 3ª

De Collegio Notariorum.

Notarii Civitatis et districtus Mantue ea die qua rogati fuerint sua voluntate conficere aliquod instrumentum vel sequenti confi-

ciant ad minus in breviaturam ipsius instrumenti. Et teneantur Notarii abreviaturas instrumentorum scribere diligenter in membranis et non possint eas scribere in cartis bombicinis banno C sol. par. qualibet vice. Et a decem libris Mantue par. supra Notarii teneantur abreviare plene et lucide totam naturam et vim instrumenti. Et si a partibus vel parte ad quam instrumenti spectaretur utilitas fuerit requisitum teneantur abreviare totam seriem instrumenti pleno et distincte non ponendo hoc verbum etc. Post solutionem autem receptam infra mensem det illud instrumentum illi vel illis cui vel quibus debetur et si inde Notario vel ad domum suam congruo tempore infra mensem denunciatio facta fuerit et illud non dederit nisi justa causa remanserit Notarius qui contrafecerit cogatur per dominum Potestatem seu consules justitie Mantue instrumentum dare et precium restituere si quod receperit et insuper condempnetur C sol. par. Ponant quoque Notarii in instrumentis nomen et cognomen debitoris creditoris fidejussoris ac testium et contratam ubi morantur. Creditor debitor et fidejussor diem et nomen diei mensem annum Domini indictionem et locum declarando et in qua Civitate vel cujus Civitatis episcopatu confectum fuerit instrumentum. Non autem petant licentiam ponendi in instrumentis quicquid aliquis Sapiens dixerit. Neque faciunt instrumentum alicujus Sapientis consilio nisi sapiens ille interfuerit celebrationi contractus vel istrumenti. Et si ad aliquid Notarium pertinuerit abreviaturas tabellionis mortui publicare et in aliquam forte ipsarum annum Domini scriptor tacuerit possit ipse Notarius vivens ad quem ipsum officium pertineret licita ad proximum millesimum in eodem quaterno vel carta precedenti accedere atque ipsum millesimum in instrumento quod de breviatura predicta defuncti conficiet sive publicabit aponere si millesimum non possit rationabiliter scilicet per litteras dominicales et annos domini inveniri. Quod si forte anni Domini in aliqua precedentium abreviaturarum non essent fiat inquisitio apud Iudicem domini Potestatis per testes in ipsa abreviatura scriptos priusquam publicetur eciam per unum solum testem deficientibus aliis vel sicuti rationabilius dicto modo poterit invenire et secundum quod testes de anno concordaverit vel ad rationem predictam legittime compertum fuerit possit et ei liceat publicando annum ipsum in instrumento scribere et ponere. Idem dicimus de loco fieri si non esset appositus in abreviatura. Preterea volumus quod omnes et singuli Notarii in Civitate et districtu Mantue ubicumque in suis scripturis

vel instrumentis publicis debuerint aliquem numerum scribere sive in millesimo sive in summa pecunie sive alibi quemcumque numerum teneantur distincte per consequentias litterarum vel sillabarum scribere et non per signa seu litteras solas significantes vel importantes aliquem numerum ut ita scribant millesimo ducentesimo octuagesimo similiter centum decem et sic de aliis numeris cessante consuetudine qua olim scribebatur hac littera M pro millo ed hec littera C pro centum et sic de aliis litteris numerum aliquem presentantibus. Quod si contrafactum fuerit in aliquo predictorum contractus nihilominus valeat seu Notarius solvat pro bamno XL. sol. par. pro qualibet vice et fallo. Et ut predicta notoria fiant et plenius observentur presens statutum singulis annis concione legatur in principio regiminis domini Potestatis. Presens autem statutum locum habeat in millesimo ducentesimo octavo et deinde. Item si de refectione alicuius instrumenti questio per judicem domini Potestatis moveretur questio illa summarie decidatur. Et nullus Notarius possit exercere modo aliquo artem Notarii in Civitate vel burgis Mantue nisi ipse vel pater fuerit de Civitate Mantue vel districtu oriundus. Vel nisi steterit continue decem annis in Civitate vel burgis Mantue faciendo et subeundo onera et factiones continue cum Comuni et hominibus Mantue. Nec possit nec debeat unus Notarius pro alio exercere aliquod officium Comunis Mantue nec scripturam publicam aliquam in contenciosa jurisdictione que pertineat ad aliquem officialem vel administratorem facere nec scribere preter testes precepta in confessum. Has autem scripturas hic superius comprehensas quilibet Notarius jurisdictioni Comunis Mantue facere et scribere possit. Possit tamen unus colega scribere super librum alterius colege. Item nullus Notarius Civitatis Mantue debeat intrare stangas Notarii domini Potestatis vel aliorum officialium Comunis Mantue nec in aliquo Palatiorum Comunis Mantue apud aliquem officialem Notarium vel administratorem Comunis Mantue sedere nec ponere se ad sedendum causa docendi ipsum officialem vel administratorem facere officium vel administratorem quod vel quam habuerit nec causa scribendi aliquid quod pertineat ad ipsum officium vel administrationem nisi fuerit proprio pro facto vel alterius a quo mandatum habeat. Quo facto incontinenti exire debeat. Que omnia et singula suprascripta dominus Potestas teneatur facere integraliter observari et si neglexerit penam X. sol. par. committenda quolibet capitulo et quociescumque contrafactum fuerit incurrat. Item sufficiat unus

Notarius publicus confectioni cujuslibet instrumenti cujuscumque conditionis existat ita quod non expediat alium Notarium se subscribat et hoc valeat in preterito presenti et futuro. Additum est quod in omnibus et singulis accusationibus et denunciationibus inquisitionibus maleficiorum condemnationibus securitatibus que fiunt in favorem et comodum Comunis Mantue et in omnibus et singulis aliis unde aliquid debetur vel speratur deberi dicto Comuni teneantur et debeant Notarii Civitatis Mantue apponere nomina et prenomina et cognomina principalium personarum et fidejussores et locum ubi habitant tales persone si Civitate si in villis Mantue habitant. Si vero forenses fuerint tales persone apponatur locus unde fuerint et ubi habitant quando predicta fuerint apponendo eciam nomina prenomina et cognomina. Et si contingeret quod aliquis denunciaus vel accusans nesciveret cognomen vel pronomen denunciati vel accusati et locum ubi habitat talis denunciatus vel accusatus Notarii teneantur et debeant tali nescienti statuere terminum octo dierum ad dicendum eisdem Notariis cognomen vel pronomen et locum ut dictum est. Et hec adjectio vendicet sibi locum in Kalendis martii anno domini millesimo trecentesimo primo quartadecima indictione et inde. Et legatur in concione et insuper inter Notarios Civitatis Mantue capita colegii Notariorum illud faciant legi publice

RUBRICA 4ª

De mercatoribus.

Statuimus quod universitas mercatorum Mantue vel ipsi mercatores aliqui ingenio vel causa non possint habere elligere vel vocare aliquem in Potestatem Capitaneum vel caput vel dicte mercadantie vel aliquid aliud in frandem predictorum nec sub aliquo nomine quod censeri dici vel cogitari posset aliquo ingenio vel causa. Excepto eo quod possint habere duos consules et unum Notarium qui sit de dicto paratico mercatorum et usevoli mercatores eligendi ad beneplacitum et mandatum dominorum Vicariorum Mantue et non aliter. Item si in aliquo predictorum fuerit contrafactum ordinatum tractatum vel attentatum paraticum seu universitas mercatorum condempnetur in quingentis lib par. Comuni Mantue persolvendis et plus et minus arbitrio Potestatis inspecta qualitate facti et singule persona contrafaciens copito puniatur. Qui con-

sules habeant iurisdictionem tantum usque ad quinquaginta sol. par. inter mercatores mercadancie grosse tantum et de collegio ipsius mercadancie grosse et do illa quantitate quinquaginta sol. par. et usque ad illam possint cognoscere et diffinire secundum statuta et consuetudinem ipsius mercadacie. Quod si pro utilitate mercandacie voluerint providere super aliquibus statutis observandis per dominos Vicarios vel officiales Comunis Mantue illa statuta primo exhibeantur dominus Vicariis Mantue approbande vel reprobanda cum consilio sapientum Et si denuo fuerint approbate domini Vicarii et officiales Comunis Mantue observare teneantur. Possint preterea dicti Consules habere unum ministerialem vel duos si expediat mercadancie pro negotiis mercadancie et unum vel duos iudices iuris peritos si placuerit et utile videbitur dictis dominis Vicariis. Omnes autem mercationes a quatuor sensibus supra pensare debeant ad stateram diete mercadancie grosse per Comune Mantue concessam Et nullus messetus qui non sit approbatus per consules mercatorum Mantue possit vel debeat exercere artem messeterie in Civitate Mantue inter mercatoribus super mercandatiis Et quilibet messetus sic approbatus teneatur manifestare et denunciare consulibus mercatorum Mantue infra tercium diem omnia mercata et contractus factos super mercadantiis dicendo nomina contrahencium et ipsa mercimonia et ipsorum quantitatem et precia. Et messetus qui contrafecerit puniatur in C sol. par. qualibet vice et ab officio messetarie cassetur in perpetuum Et quilibet tam messetus quam albergator teneatur et debeat statim manifestare consulibus mercatorum omnes contractus factos de forense ad forensem seu inter forenses super mercadantiis bamnoC sol. par. pro quolibet et qualibet vice

RUBRICA 5ª

De ponderibus.

Statuimus et ordinamus quod Iudex domini Potestatis deputatus ad maleficia debeat inquirere omnia que pertinent ad pondus vel mensuram sive eum ipsis ponderetur vel mensuretur ad grossum sive ad minutum. Et omnia pondera et mensuras et magna et parva usque ad dragmam item quod dragma includatur faciat iustari et bullari ad sculpturam Virgilii perpetuo duraturam. Que pondera et mensure omnia sint et esse debeant

de ramo tantum scilicet libra et ab inde inferius et non de alio metallo videlicet lapide vel de alio metallo Liceat tamen cuilibet habere et tenere marchos bullatos et justatos et cum eis pensare De omnibus autem ponderibus et mensuris dictus judex teneat unum saxum quod remaneat apud ipsum judicem vel penes Massarium Comunis Mantue Et hoc fiat infra secundum mensem sui regiminis Item singulis sex mensibus inquirere teneatur dicta pondera et mensuras an justa vel injusta fuerint et committentur fraudem in predictis domini Potestatis arbitrio condempnare Et de his qui justa pondera et juste mensure invente fuerint pro ipsis justis nihil extorqueatur a Notario vel bullatore nec in aliquo aggravoentur sed libere dimittantur eisdem Mensuras vero blava leguminis et hujusmodi justare hoc modo remota vero consuetudine viciosa et benedictionibus que dabantur ita conserventur et nulla benedictio debeat dare ad sextarium in mensuram aliquam sed mensurari debeat tantum ad mensuram rasam cum mensura qualibet sic applicata tantum quantum benedictio cresecebat Similiter rape et alia omnia quo mensurantur ad rasam mensuram tantum debeant mensurari et contrafacientes condempnetur X. sol. par. qualibet vice Oleum autem et vinum et mensuras justas de vitreo vendantur dandas justo precio pro Comnuu Mantue tantummodo et non per aliquam singularem personam In quibus et de quibus mensuris vitreis bullator mensurarum nihil habeat facere Quicumque autem ad alias mensuras quam de vitreo a Comuni Mantue acceptas vinum vel oleum vendiderit condempnetur qualibet vice XX sol. par. Mantue Et de mense januarii alie mensure et pondera que bullate non fuerint bullentur et valeat bulla per totum annum et quamdiu pondus vel mensura juste duraverit Nec pondera vel mesuras justa bullata bulla Virgilii aliquis debeat aggravari vel impediri sufficiat ballancibus esse justis ita quod si juste fuerint non requiratur eas bullari debere Item sextarium valencie et folii ad qualitatem mensuram et modum sextarii Comunis Mantue in Civitate et per totum districtum Mantue reducatur et justetur et ad illum sic reductum et justatum valencia et folium in Civitate et districtu Mantue mensuretur et non ad alium Eo modo co1be cum quibus mensurabatur carbo sint et dentur pro Comuni Mantue ad mensuram debitam reducte et justate pro Comuni Mantue predicto Quicumque vero emerit vendiderit mensuraverit vel mercatus fecerit modo aliquo vallaniam foliam vel carbones nisi ad modum mensurarum Comunis Mantue

ante dictum in Civitate vel districtu Mantue condempnetur qualibet vice X. lib par et insuper comburatur mensura. Additum est facta examinatione per sapiente de ponderibus et mensuris et inventum est quod venum penso continet XXV libretas subtiles que faciunt quatuor libras grossas sive quatuor quartironos. Et quodlibet quartironum sive quelibet libra grossa continet sex libretos parvas et tres uncias et a quartirono infra pondera sunt egualia pro rata diminuta usque ad libretam subtilem et eciam usque ad duos subtiles. Unum medium pense continens duas libras grossas sive duos quartironi pensi constat ex duodecim libretis subtilibus et media. Et ad istam similitudinem debent esse statere et marclu tam ad grossam quam ad minutam. Facta vero ratione de ponderibus marchi Comunis Mantue ad cujus similitudinem fuerint pondera ad bilancias inventus dictus marchus est tantum XII libretarum subtilium et pondera in eo contenta et diminuta pro rata. Et eciam inventum est quod una libreto et eciam duo dicti marchi concordant cum aliis stateris. Unde statuimus quod vendentes quartironum piperis vel rei alterius ad balanzas vendant ad pensam hoc modo quod illa pensa sit majori per tres uncias quartirono marchi sic et ab inde supra pro rata. Item invenerunt quod pondus libreto subtilis et medie librete et duarum libretarum concordant cum stateris et marcho pensando cum bilancus et stateris et si que sit inequalitas non est ibi curandum. Item statuimus quod pensando ad balanzam medie libre grosse marchi addatur una uncia et medis. Item quod balancie et statere et omnia pondera et mensure que bullantur scribantur per aliquem discretum cui comissum fuerit pro Comuni in uno libro ad momoriam. Nec bullatur predicto per eum bullata det alicui nisi facta inde scriptura ut dictum est cum ejus nomine et quantitatibus ponderum et mensurarum.

RUBRICA 6ª

De bullatione mensurarum

Qui debuerint bullare pondera et mensuras fideliter et bene bullare teneantur. Et si sextarium staterum libram vel aliquam mensuram vel pensam bullaverit que juxta et recta non esset condempnetur X. lib. par. Et nullum habeat prezium a Comuni Man-

tue sed de qualibet bullatura accipere possit tres parvos et non ultra bamno XX sol par. qualibet vice cujus officium duret per annum incipiendo in Kalendis januarii. Et hoc officium incantetur in consilio et plus offerenti qui sufficiens et ydoneus sit ad hoc opus detur. Eo salvo tamen quod mensuras et pondera Comunis Mantue justare et bullare sine precio teneatur. Mensuratio quoque bladi leguminis farine remole fructuum et aliorum que venduntur in plateis et mercatis Civitatis et Comunis Mantue et ipsorum proventus et utilitas incantetur et vendetur in consilio et plus offerenti detur. Et emptores teneantur publice diebus veneris et sabati sui et mensurarum opportunarum plene se ab inde copiam facere pena et bamno X lib par qualibet vice. Et omnia pondera et mensure cujuscumque generis et maneriei de villis districtus Mantue reducantur et teneantur ad formam et morem tantum Civitatis Mantue. Nec alia pondera vel mensure possint esse in aliqua villarum sub pena X lib Mant par. contrafacienti vice qualibet offerenda.

RUBRICA 7ª

De draperiis.

Statuimus quod omnes drapi de lana cujuscumque coloris et condictionis sint vel fuerint qui ad retalium vendentur debeant vendi solum in stationibus Palatiorum Comunis Mantue et non alibi. Et quod nulla persona possit emere ad retalium ex dictis drapis Palationum novorum et non alibi. Et quod omnes campsores Civitatis Mantue in stationibus Palatiorum Comunis Mantue similiter debeant stare e non alibi aliqua ratione vel causa. Et qui contrafecerit in aliquo predictorum casuum tam vendens quam emens drapnm contra predictam formam quam campsor contrafaciens condempnetur qualibet vice L lib par. Et super predictis ponantur accusatores privati ut videbitur domino Potestati. Et quilibet insuper sit accusator et habeat medietatem bamni. Addimus quod panni forenses alicujus coloris non possint nec debeant vendi ad scabicium sive retalium extra Palatia Comunis Mantue in quibus constitutum est pannos retaliari sive vendi debere ad retalium pena quinquaginta lib. Man par. contrafacienti auferenda qualibet vice et plus et minus arbitrio domini Potestatis inspecta qualitate facti et personarum condictione

RUBRICA 8ª

De telis staminis.

Ut bona et legalis draperia fiat in Civitate Mantue statuimus et ordinamus quod quelibet persona Civitatis et districtus Mantue tam religiosa quam secularis volens facere ministerium lane pannos facere debeat modo et ordine infrascriptis. Videlicet quod debeat facere et fieri facere quod tutelana de lana subtili sint et esse debeant de triginta tribus portatis et quadraginta filis pro portata et sint et esse debeant longe quadraginta et octo brachia et plus ad bonam et longam mensuram. Et quod tutalane de lana grossa sint et esse debeant de viginti sex portatis et quadraginta filis pro portata et esse debeant longe quadraginta octo brachia et plus ad bonam et longam mensuram. Item quod Santelarii de qualibet condictione sint et esse debeant de triginta tribus portatis et quadraginta filis pro portata et sint et esse debeant longe viginti quatuor brachia et plus ad bonam et longam mensuram. Item nec in dictis telis nec aliqua predictarum nec drapis aliquibus tutalane vel Santelaris vel alias cujuscumque condictionis ponere vel poni permittere nec ullo modo laborare vel laborari facere nec permittere pillum boum alicujus condictionis vel coloris lanam caprarum regusium lanam bestiarum silvestrium nec lanam aliquam forensem excepto tamen garzatura alba de flandia neque pillum fullorum forensium neque petegatias pena et bamno ad arbitrium domini Potestatis secundum condictionem persone et qualitatem facti. Lanam autem ovium cujuscumque condictionis sit exceptis tondella et regusio et petegacne possit impune laborare unusquisque et in pannis ponere. Item quod omnes infrascripti pilli regusium tondella et lane vetite predicte bamniantur et bamnite esse intelligantur per Comune Mantue et omnes persone conducentes de predictis puniantur ad arbitrium domini Potestatis. Utque vetitarum lanarum fraudibus apercius obvietur batitores lane de Civitate et burgis Mantue teneantur sub pena et bamno arbitrio domini Potestatis non batere nec laborare de dictis pillis seu lanis vetitis et interdictis in Civitate Mantue vel districtu. Preterea teneantur eodem bamno eciam ire ad laborandum sin-

gulis diebus ad oras ordinatas pro Comuni Mantue ut continetur in statutis Comunis Mantue et fideliter laborare ita quod se non congregabunt nec vacabunt a laboreriis aliqua ora dici in dampnum draperiorum Ad que inquirenda et observari facienda deputentur accusatores per dominum Potestatem publici vel privati sicut ei placuerit accusationibus quorum credatur habituri medietatem condempnationum que ex accusationibus suis fient Item teneantur fullatores salvare et custodire pannos axungiam et res draperiorum ad suas manus pervenientes occasione sui officii et hoc sub pena restitutionis damni et plus arbitrio domini Potestatis. Item ad Civitatem Mantue deferri non debeat per aliquam personam civem vel forensem aliquo draperia falsa videlicet et in qua sit aliquis de predictis pillis nec que sit minus de viginti sex portatis sub pena comburendi dictos pannos et condempnandi aportatorem dicti domini Potestatis arbitrio. Et ad hec inquirendo elligantur per dominum Potestatem quatuor boni et fideles homines qui teneantur videre et examinare omnes drapos lane qui conducerentur ad Civitatem Mantue antequam vendentur Et quilibet messetus denunciare debeat predictis superstantibus omnes conducentes pannos Mantue quam cicius poterunt postquam sciverint aliquos conduxisse. Et qui contrafecerit cassetur a Messeteria et condempnetur insuper arbitrio domini Potestatis. Item si qua terra que habeat drapariam Civitatis Mantue pro bannito vel quo nolit drapariam Civitatis Mantue debere conduci ad suam terram eodem modo bampniatur sua draparia et non recipiatur in Civitate Mantue.

RUBRICA 9ᵃ

Contra textores

Item quod quelibet persona que texuerit aliquem pannum minorem quantitatibus supradictis vel in fillis vel in portatis condempnetur C. sol par qualibet vice Et qui fefellerit in vergaturis que sibi dabuntur per draperios compellatur emendare draperiis pro qualibet vergatura XII par Item nullus textor nullsque filluncia debeat tenere lanam aliquam vel telam vel pannum in terra bamno XX. sol par. pro quolibet et qualibet vice et plus

ad arbitrium domini Potestatis. Et hec dominus Potestas faciat in principio sui regiminis preconari et certum bannum apponi. Et super predictis accusatores suo arbitrio deputentur accusationibus quorum credatur et habeant medietatem banni vel condempnationis. Item aliquis tinctor non debeat tingere aliquid de predictis pillis vel lanis vetitis vel aliqua persona fillare debeat sub banno ad arbitrium domini Potestatis. Item lana aliqua nostra non permittatur conduci extra Civitatem vel districtum Mantue et qui contrafecerit perdat lanam et condempnetur arbitrio domini Potestatis. Item nulla persona audeat vel presumat in Civitate Mantue vel districtu accipere in pignore seu deposito nec emere vel mercari lanam fillatam vel non fillatam vel pannum aliquem non studiatum ab aliqua persona que non faciat artem sub pena ammissionis lane vel panni que vel qui deveniant in Commune Mantue insuper condempnetur arbitrio Potestatis. Et hec domini Vicarii bis in anno faciant pubblice preconari. Non tamen intelligatur probibitum quod homines non possint vendere lanas de ovibus suis habitas.

RUBRICA 10ª

De bullatione pannorum

Item omnes panni de bonis et concessis lanis debitis facti antequam afaytentur bullentur certo bullo de stagno sicut placuerit domino Potestati ne possint falsificari ad quos bullandos elligantur per dominum Potestatem officiales expensis pannorum bullaturi. Et si aliquis pannus qui non fuerit justus bullatus inveniatur condempnetur tam is cujus fuerit pannus quam bullator arbitrio Potestatis. Item quod quatuor cercatores boni et fideles homines elligantur per dominum Potestatem duraturi ejus arbitrio qui speciali sacramento teneantur bis in hebdomada et quantum plus necessarium fuerit tractare et examinare pannos quos invenerint de omni fraude et vicio tam de portatis lanis falsis et interdictis quam de longitudine et qualibet alia revetita per formam statutorum Comunis Mantue. Et quem vel quos invenerint deficere in aliquo predictorum casuum vel aliter secundum formam statutorum Comunis Mantue teneantur et debeant denunciare et

manifestare domino Potestati infra terminum denotatum in statutis inferius. Pannos autem lane bonos quos invenerint et debite factos debeant bullare bulla ordinata ut in statutis Comunis Mantue continetur Et inquirere et cercare in quolibet loco in domibus et extra ubicumque crediderint vel suspicarentur lanam falsam et interdictam pannos falsos et interdictos esse vel fieri vel factum esse vel fieri contra vetitum et contra formam presentis statuti Comunis Mantue de draperiis Et quidcquid falsum interdictum vel suspiciosum invenerint quod pertineat ad artem accipere et domino Potestati Mantue consignare eo die quo invenerint vel autem sequente et habeant medietatem condempnationis Et si per cercatores fuerit preceptum alicui moranti ad claudendas vel ad fulla vel alicui textori garzatori tonsori vel alii qui habeat salvos pannos vel lanam apud eos repertos vel repertum tamquam falsos et factos de lana prohibita et postea aliquis draperius dictos pannos vel lanam acceperit vel accipi fecerit possit et debeat condempnari draperius perinde ac si manifeste probatum esset pannos esse falsos et lanam falsam et inde debeant denunciari domino Potestati non obstante quod draperius postea ostenderit pannos vel lanam quos dicat illos esse vel pannos vel illam lanam Quibus cercatoribus credetur plenarie in suis denunciationibus et accusationibus et omnibus et singulis eorum officio pertineutibus simpliciter sine aliquo onere probationis Similiter presumatur ex eo qui vetare dictos cercatores cercare in aliquo loco occasione predicta Et eodem modo credatur cercatoribus contra eum et eodem modo possit et debeat condempnari et fiant condempnationes de quolibet predictorum arbitrio domini Potestatis.

RUBRICA 11ª

De quantitatibus exitus seu ponderis somorum lane.

Item statuimus et ordinamus quod nullus draperius lanam emat nisi modo infrascripto solito semper et obtento in Civitate Mantue Debet esse namque soma lane vomens de Pisis et de omnibus aliis locis quingentis decem libris et scarpillum quadringentis quinquaginta novem libris et debet computari soma

lane munde quingentis libris Scarpillum vero mundum quadringentis quinquagnita. Ita quod suma lane vel scarpillum veniens de Pisis extaret minus quantitatibus supradictis fiat ratio defectus ad duos minores saccos et tantum debeat computari deficere. Unusquisque saccus quantum illi duo deficerent defectum per medium dividendo Et si alter duorum saccorum tantum deficeret omnes alii sacci tantundem facere computentur similiter defectum per medium dividendo Si autem suma lane extat quingentis libris minus quinque libris vel abinde inferius dentur tres libre et media pro centenario et pro mundatura Et si scarpillum exiret tantum quadringentis quadraginta quinque libris et ab inde inferius dentur tres libre et media ad centenarium pro mundatura Soma lane de Ianua debet exire quadringentis quadraginta libris et si minus exirot fiat ratio ad sacchos ut superius continetur de lana de Pisis Et si exiret tantum quadringentis triginta sex vel abinde inferius dentur tres libre et dimidia pro centenario pro mondatura. Et nullus faciat mercatum de lana staminis vel tellis nisi ad monetam Mantue Nec accipiantur sogie in pensa que sogie sine precio aliquo debeant esse emptoris lane vel staminis Similiter omnes sacci lane suzie et lavate ac staminis qua vel quod per draperios emerentur sine aliquo precio deveniant in empotorem lane vel staminis et sui esse intelligantur.

RUBRICA 12ª

De non emendis zacolis vel lanam cum zacolis

Item nullus draperius possit aliquo ingenio in Civitate Mantue vel districtu emere zacolas vel rotameu nisi lavatos et sicatos et lavatum et sicatum Nec eciam lavare vel lavari facere zacolas vel rotamen emptas vel emptum in Civitate vel districtu Mantue, Et lavatores de his omnibus teneantur. Nec que possit vel debeat aliquis emere aliquam lanam subtilem vel grossam cum zacolis vel rotamo mixtam sed ipsas zacolas cum rotamo quilibet teneatur reddere venditori tantundem lane nete recepturus pro ipsis ab eo. Qui cumque vero aliter lanam emerit vel receperit vel in aliquo predictorum contrafecerit condempnetur in quolibet casu et qualibet vice XL sol par pro qualibet soma Et quilibet sit accusator

et habeat medietatem banni. Atque eciam quatuor boni et fideles viri elligantur per dominum Potestatem qui debeant accusare contrafacientes. Qui eciam debeant troucare zacolas et habeant pro suo salario novem Mantue par de qualibet soma ab emptore Item nulla persona debeat ire in Teyetum aliquo modo vel ingenio ad spigolandum lanam banno X. sol. par. qualibet vice. Et dominus Potestas hoc bannum in principio sui regiminis facere debeat preconari ad sanctum Nicholaum et ad Terralium Ridavallis.

RUBRICA 13ª

Contra filoncias lanam madefacientes.

Item nulla filoncia possit vel debeat lanam sibi ad filandam datam aqua aspergere vel in loco madido eam tenere sub dicto banno. Et dominus Potestas teneatur in principio sui regiminis hoc facere preconari per Civitatem et burgis Mantue et de predictis quilibet sit accusator et habeat medietatem banni. Item nullus draperius emat vel recipiat per se nec per interpositam personam aliquo ingenio lanam balneatam vel aqua parfusam aspersam vel ratam uec lanam subtilem de Tunixo vel Buzea lavatam nisi prius ipsam lanam quassaverit vel siccari vel guassari fecerit sufficienter videlicet per duas horas diei estatis et per unam diem yemis pena et banno XL. sol par pro qualibet soma. Et quilbet sit accusator et habeat medietatem banni Et nullus de Civitate Mantue vel districtu possit vel debeat recipere ab aliqua persona lanam de Tunixo vel Buzea nisi restitutione habita duarum librarum de centenario pro mondatura more solito banno XL. sol. par. pro soma. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni Pensator autem statere mercadantie grosse per quem debet pensari lana que emitur in Civitate Mantue teneatur omnes lanas per eum pensatas et precium ipsarum in scriptis reducere et habere. Item si aliqua officialium predictorum in officio suo commiserit fraudem vel negligens fuerit puniatur arbitrio domini Potestatis secundum qualitatem facti

RUBRICA 14ª

Quod draperii debeant jurare predicta

Item quilibet draperius jurare debeat attendere integraliter predicta omnia et singula et contrafacientes quoscumque scieverint accusare. Et omnes religiose persone facientes drapos debeant similiter jurare sub domino Potestate attendere omnia et singula supradicta et ad ea attendenda se debeant obligare. Qua quicumque facere recusavorit non possit dicto ministerio lanificis uti in Civitate Mantue vel districtu. Teneantur quoque textores panorum lane dare panellas tutalano draperio cui texuerit pro quatuor par. de pannis subtilibus. De grossis vero mezolanis pro duebus.

RUBRICA 15ª

De delinquentibus in portatis

Item quelibet persona contrafaciens in portatis faciendo pannos de minori quantitate quam superius continetur condempnetur X. lib. par. pro qualibet pecia et qualibet vice et comburi debeat insuper pannus. Qui vero in longitudine contrafecerit comburatur pannus.

RUBRICA 16ª

De pectino minori debito

Item nulla persona debeat tenere aliquem pectinem qui sit minor portatis superius scriptis et quelibet persona his teneatur et debeat manifestare et dessignare officialibus deputatis. Et qui contrafecerit vel in cujus domum repertus fuerit condempnetur L. lib. par.

RUBRICA 17ª

De pannis non revendendis ad retalium per forenses in civitate Mantue.

Item quod persona que non sit subjecta jurisdictioni Comunis Mantue non debeat vendere pannos aliquos forenses de lana in Civitate Mantue ad retalium bamno arbitrio domini Potestatis auferendo.

RUBRICA 18ª

De satisfaciendo pignolatis et illius ministerii

Super ministerio facientium fieri pignolata statuimus quod singulis duobus mensibus quatuor officiales boni et fideles de dicto ministerio et qui ipsum ministerium propriis manibus faciant elligantur per consules mercatorum cum consilio quatuor bonorum virorum de dicto ministerio et qui dictum ministerium manibus propriis faciant. Qui officiales intendant circa artem pignolatorum et circa omnia et singula infrascripta et ad alia spectancia ad dictum ministerium debite fieri faciendo secundum formam inferius comprehensam et accusare domino Potestati teneantur omnes et singulos delinquentes ut notatur inferius. Teneantur itaque predicti officiales procurare omnes pecias capiciis bombaxinos et cordolatos qui eis ad procurandum offeruntur sub domo mercati et ibidem singulis diebus constitutis esse et stare ut inferius continetur. Et quolibet mense omnes telarios pectines batitorios arditorios et calderias ministerii diebus mercati procurare. Preterea telas sub dicto domo mercati et bombium de soldis. Quilibet officiali credatur in suis accusationibus et dictis occasione sui officii sine onere probationis. Item possint dicti officiales secum ducere cum licentia domini Potestatis vel ejus Iudicis unum de ministerialibus Comunis Mantue ad suum officium plenius exequendum. Quelibet ergo pecia pignolati cujuscumque conditionis tam ampla

quam stricta sit longa XXV brachia et tercia ad justam mensuram. Que vero longa ita non esset condempnetur. Alta pecia X. sol. par. stricta vero V. sol. par. et insuper scabizetur in medio per ministerialem. Et si aliquis paradellum alicujus tele minor fuerit una quarta quam alii paradelli ejusdem tele condempnetur cujus erit de ampla pecia vero X. sol. par. et de stricta V. sol par. Item zenolle per transversum fiant ab utroque capite pecie vel capicci usque ad medietatem juxta capiccium per quatuor digitos bamno V. sol. par. Item fiat in omni opere pignolati babente telam albam. Pecie vero habentes telas non albas habeant pro zonella ab utroque capite unam virgam dissimilem aliis virgis pecie sub predicto bamno. Item quelibet pecia alta sit latitudinis septuaginta quatuor portatorum et sint ordite cum XV filis de uno capite usque ad aliud. Quecumque autem aliter invenirentur per longum scindantur ab uno capite usque ad aliud a Iudice domini Potestatis vel a dictis officialibus. Et si pecia alta iverit per pectinem vacuum ultra novem dentes et stricta ultra V dentes de cujus fuerit solvat de alta pro bamno X sol. per de stricta vero V. sol par. Et si textor vel textrix non denunciaverit ei cui texuerit pectinem ire vacuum predictas quantitates solvere bamnum ipsum de suo teneantur. De quo officiales predicti diligenter inquirat et accuseut judici domini Potestatis cujus fuerit culpa possit tameu pecten ire vacues duos dentes si filos babuerit et non plus. Quicumque autem inventus fuerit contra ire usque ad novem dentes solvat pro bamno de alta pecia duos sol. Mant. par pro qualibet dentes de stricta XII par usque ad quinque dentes. Item si aliquis texuerit vel texi fecerit in patine XXXVI pertatarum pecten comburantur et pignolatam per longum scindatur per medium ab uno capite usque ad aliud et insuper textor vel textrix pro bamno solvat V sol par et qui heiaverit X. Sit ergo pecten amplus ad mensuram tele alte et longe ad mensuram concessam bamno XL sol par contravenientibus auferendo. Et quelibet pecia pignolati scabizetur in signo ita quod utrisque capitium habeat de signo bamno X. sol. par de alta de stricta vero V. sol par ei cui fuerit auferendo. Item quod aliquis de Civitate vel episcopatu Mantue non possit nec debeat accipere bombicem in pignere in minore quantitate pensis pena et bamno V. sol par pro qualibet libra bombici tam in pigneranti quam recipienti auferenda ad arbitrium domini Potestatis. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni et alia me-

dietatem bamni et alia medietas deveniat in Comune Mantue. Item quod nemo possit vel debeat emere bombicem videlicet stazonerius vel faciens candelas de cera vel sepo vel alia aliqua persona nisi emat ipsum a tali persona que ipsum vendeat sub statuta Comunis Mantue vel nisi ipsum emet a negociatoribus arcium pignolatorum pena et banno V sol. par. pro qualibet libra bombicis tam emptori quam venditori auferenda et ad arbitrium domini Potestatis. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni et alie medietas deveniat in Comune Mantue.

RUBRICA 19ª

De garzatoribus.

Teneantur garzatores non garzare aliquam peciam altam vel strictam que non sit mensurata procurata vel bullata per dictos officiales nec non denunciare domino Potestati vel ejus Iudicibus omnes pecias et capitia quas invenerint factas contra formam alicujus statuti et que observanda si negligentes fuerint stationarii sui teneantur eos predictis officialibus accusare banno X. sol. par. pro quolibet et qualibet vice. Preterea teneantur stationarii non plicare aliquam peciam altam vel strictam nisi bene garzatam et garzatores bene garzare teneantur banno V. sol. par. de alta de stricta vero trium sol. par. pro quolibet contrafacientes qualibet vice et in quolibet casu. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni.

RUBRICA 20ª

De valexiis.

Ut panni bombicini qui valexii numcupantur fraudolenter indeterminate et ad libitum operancium non fiant sed ad certam et determinatam modis et forme observanciam reducantur ut mercatores et alii emptores de talibus pannis ex inequalitate diversitate et defectu non fallantur. Statuimus et firmamus quod pecie

valexiorum fieri esse debeant ejusdem longitudinis et latitudinis cujus sunt et fuerint alia pignolata et ejusdem quantitatis portarum et filorum orditure Ut lati valexii latis pignolatis et stricti strictis debeant conformari Et quod pecio eorum tales sint in medio quales a capitibus de bonitate et qualitate suo operi per partes singulas responsuri. Et quod non deficiant in filis opere et texture Et sub condictionibus et bannis que de aliis pignolatorum fraudibus vel defectibus exiguntur Et quod sub domo mercati diebus quibus mercatorum pignolatorum officialibus paratici ad hoc deputatis debeant presentari et per eos videri et examinari et procurari de longitudine latitudine et defectu. Et deinde bullari solita bulla paratici sicut alia pignolata. Intelligendo ipsos valexios esse do genere pignolatorum Item quod nullus qui non sit de paratico pignolatorum possit de pannis hujusmodi facere vel fieri facere modo aliquo sub banno X. lib. par. Item statuimus quod nulla persona audeat vel presumat tingere seu texere vel tingi vel texi facere bombicem veterem in aliquo laborerio pignolati vendendo banno X. lib. par

RUBRICA 21ª

De signis stacionariorum

Quilibet stationarius habeat signum suum super pecia tam alta quam stricta banno predicto Et nulla persona prohibeat garzatoribus nec dictis officialibus vel alicui eorum procurare vel mensurare suam peciam vel capicium banno XX sol. par. pro alta pro stricta vero X. sol. par et eciam pecia prohibita vel capicium scabizetur ac si falsa vel falsum esset et deveniat in Comune Mantue

RUBRICA 22ª

De orditoribus

Omnes tenentes orditores in Civitato Mantue vel districtu debeant illos habere et tenere ad mensuram justam conformem

longitudini peciarum predictarum ita videlicet quod orditorium sit longum pro paradello V. brachia et tantum quantum sufficiat ad mensuram debitam peciarum. Piani vero tribus quartis et dimidia et non minus. Et quelibet tela sit longa quinquaginta duobus brachiis et ordita in triginta septem portatis de triginta filis de qualibet portata. Et nulla persona dimitat ire Comandaloros aliquos in suis telis. Quod si aliqua tela esset minus quam deberet de quolibet filo usque ad portatam unus Mantuanus et de portata pro rata precii emendatur emptori. Item nulla tela debeat fricari cum panno balneato nec balneari nec accipi de orditorio nisi prius signata fuerit in quinque paradellis et pianis et non signetur de carbonibus bamno V. sol. par. pro qualibet tela et quolibet casu de quibus textor si non denunciaverit solvat medietatem bamnorum nec sulfuretur tela aliqua bamno XX. sol. par. et tantundem solvat pro bamno qui telam emerit sulfuratam. Et teneantur officiales predicti telam procurare singulis diebus sub domo mercati de longitudine balneatione et sulfuratione et si telam invenerint balneatam et sulfuratam signare illam de endego circumquaque per unum brachium intus a pinnis. Et nullus talem telam postea emat bamno predicto. Et si aliqua persona vendiderit aliquam telam pro bona et firma et de bona pensa que postea ita non inveniatur teneatur arbitrio domini Potestatis. Et si aliquis plicaverit duas telas et non fuerit longias alia minor mensurare teneatur et officialibus predictis designare sit fuerit minor quam debuerit ad mensuram concessam bamno X. sol. par. et tela que minor fuerit inventa quam debuerit per medium acabizetur. Item nulla persona debeat plicare aliquam telam nisi prius signatam super orditorem et mensuratam et approbatam per dictos officiales bamno V. sol. par. Nec aliqua persona ordire debeat tela in Civitate vel districtu Mantue quam non signet super orditorio supradicto sub dicto bamno. Item nullo tela ordita in triginta septem portatis possit guidanam portare ad pectinem ultra duodecim filos tam de bassa quam de alta bamno V. sol. par. Quelibet persona faciens telas teneatur opponere unum breve allligatum ad telam super quo contineatur scriptum nomen ejus contrate in qua habitat aliter nullus debeat emere dictam telam. Quod si nomen aliquis mutaverit in scriptum condempnetur C. sol. par. Item quelibet persona volens tenere orditores in Civitate vel districtu Mantue debeat ipsos tenere in columpnelis stabiliter fixis ut ipsi orditorii firmi et immutabiles ac justi permaneant

bamno X. sol. par. Addimus quod omnes orditori telarum ministerii in Civitate et burgis Mantue positi saltem bis in anno de mense febbruarii et de mense septembris per dictos officiales sacramento et bamno X. sol. par. pro quolibet Videantur et examineatur ad quod ipsi officiales cum licentia domini Potestatis secum ducat de ministerialibus Comuni Mantue Et si alique orditorium aliter fuerit factum quam superius vel minus debita mensura superius explicate invenerint ministerialis illud frangat et precipiat quod reparetur et reducatur ad ordinem debitum et mensuram et quod super illo reprobato et fracto non ordiatur plus nisi prius reparetur et reducatur ad debitum ordinem et mensuram bamno XX. sol. par.

RUBRICA 23ª

Contra balneantes pecias.

Nullus debeat balneare vel balneari facere seu permittere aliquam peciam seu capicium. Preterea nec teneantur nec teneri permittetur in loco ubi texetur pecia vel sponga nec aliquid per quod pignolatum possit balneari bamno XX. sol. par. in quolibet casu vel qualibet pecia vel capicio domino qui texi fecerit. Textori vero vel textrici V. sol. par. qualibet vice auferendo Et omnes habentes telarios contra domum sue habitationis in quibus texi faciant illos quodcumque fecerint infra XV dies postquam laborare inceperint cum eis dictis officialibus denunciare teneantur bamno XL. sol. par. de quibus officiales inquirere teneantur. Nullus faciat vel fieri permittat pecias altas vel strictas descorsatas bamno V. sol. par. de alta de stricta vero III. sol. par. Pecie tamen vergete possint fieri ad formam usque ad octo filos Et nullus texat vel texi faciat in aliquo pectine filum tantum bamno XL. sol. par. qualibet vice et comburatur pectem. Item nullus faciat vel fieri permittat occasione aliqua cavezolos de bombice lana lino vel alio bamno X. sol. par. pro quolibet cavezolo. Nec etiam panella que sint ampliores tribus digitis bamno V. sol. par. pro quolibet panella. Preterea nullus texat vel texi faciat de bombici vetere nec filum lini aut lane in aliqua tela pecia vel capicio. Nec in bono bombice batuto ad filandum vel nondum batuto ad batandum aliqua parsona

possit miscere vel misceri permittere garzaturam boculatam tondellam brazellam seu pilluram vel aliquod falsamentum bamno XL sol par qualibet vice Et nemo faciat aliquam cobopertam de bono bombice super malo bamno C sol par et plus arbitrio domini Potestatis inspecta qualitate facti et insuper comburatur cohoperta Sed teneatur quilibet emptori dare talem bombicem qualem ostendet et conventabit Et hoc officiales predicti inquirere teneantur Item quilibet faciat suas telas et capicia comunes tam in medio quam a capitibus bamno III sol par Salvo quod si produxerit mercatori sive emptori qualitatem sive defectum pecie sue ad bamnum non teneatur Quilibet pecten spinapiscis habeat triginta septem portatas bamno XX sol. par Et quilibet signum faciat super pectine vel capicio suo bamno V sol par pro qualibet pecia vel capicio. Nullus emat vel emi faciat aliquem bombicem minori quantitate pensi ab aliqua persona suspecta vel non consueta vendere sed si ad alicujus manus pervenerit officialibus predictis denunciare et quam cicius poterit manifestare teneatur bamno X. sol par in quolibet casu Et si aliqua persona non consueta reperiretur bombicem velle vendere officiales inquirere teneantur unde illum habuerint ad furta et fraudes evitandas et si fraus fuerit domino Potestati vel suo Iudici denunciare confestim Item quod tribus his diebus septimane idest die lune die mercurii et die veneris de mane usque ad altam terciam sit et teneatur mercatum peciarum et pignolatorum ac telarum ministerii sub domo mercati in locis et stallis solitis tinctorum et retaliorum pignolatorum Ita quod ipsis diebus usque ad dictam horam nulli liceat vendere de dictis tellis peciis vel pignolatis nisi sub dicta domo stallis et mercato solito ab inde eisdem diebus liceat unicuique vendere pecias suas et pignolata in domibus suis Civitatis et burgorum Mantue Salvo tamen quod pecie et capicia antequam vendantur esse debeant justate et bullate secundum formam statutorum per officiales Comunis Mantue ad id deputatos sub bamno quod in ipso statuto continetur Item quelibet persona cum portaverit pecias suas capicia vel telas ad domum mercati pro vendendo prius quam vendat teneatur et debeat pecias capiciam et telam facere mensurari officialibus supradictis et procurare de longitudine et omnibus viciis et defectibus in forma statutorum inferius annotatis et prohibitis et ipsis mensuratis et procuratis debite statim facere bullari pecias et capicia bulla plumbea pro Comuni Mantue ordinata telas autem facere signari certo signo publico per quod

appareat ipsas debite procuratas deinde cum bullate et signate fuerint debite possit vendere sub dicta domo et in dictis stallis et locis. Et qui contrafecerit ammittat peciam et capiciа et telas et insuper condempnetur XX. sol. par. Item dicimus de bambaxinis et cordolatis lavandis que priusquam vendantur vel ad lavandam portentur ad dictam domum mercati coram dictis officialibus presententur et per eos mensurentur et procurentur per omnia ut dictum est de peciis et capiciis pignolati Nec non ordine predicto dicta bulla pignolatorum bullentur sub dicto banno in quolibet casu. Item nec aliqua persona audeat vel presumat bambaxınum vel cordolatum vendere nec lavare nisi prius mensuratus procuratus et bullatus fuerit per dictos officiales banno XXV. lib. par. Et teneantur lavoratores cum lavaro debuerint bullas appositas conservare in dictis bambaxinis et cordolatis et cum lavaverint eas in motas conservare personis quarum fuerint panni banno X. sol. par. pro qualibet pecia. Teneantur officiales predicti singulis diebus predictis exceptis tamen sollempnibus banno XX. sol par. pro quolibet et qualibet vice omnes et singuli venire et stare continue usque ad terciam sub dicta domo mercati in certo loco et omnes pecias et capicia bambaxinos cordolatas et telas que sibi offerentur mensure examinare et procurare diligenter de longitudine omnibus et singulis vicibus defectibus supradictis et pecias et capicios bambaxinos et cordolatos quos longos et bullandas invenerint secundum formam presentis statuti bullari bulla predicta curtas vero scabiazare in medio per transversum et non bullare. Et si dicti officiales vel eorum aliquis fraudem comiserint justa quod peciam curtam scabiazandam per transversum vel falsam scindendam per longum secundum formam presentis statuti approbaverint et bullaverint indebite condempnetur qui fecerit in L. lib par. et insuper ab omnibus officiis Comunis Mantue per decennium privetur. Qui vero aliter in procuratione et executione officii supradicti deliquerit omiserit vel neglexerit puniatur arbitrio domini Potestatis secundum qualitatem excessus. Item quelibet persona volens tenere stationem de faciendo garzari debeat et teneatur facere securitatem ad Massarium Comunis Mantue XXV lib. par. et qui dictam securitatem non fecerit de garzando non teneat stationem banno X. lib. par Et quelibet persona tenens stationem teneatur non permittere in sua statione garzari peciam non bullatam per dictos officiales. Preterea omnes pecias et capicios quas facere garzari debuerit primo faciat diligenter mensurari sub banno

ad arbitrium domini Potestatis Non debeant garzatores mensurare sed sufficiat si pecia signata vel bullata fuerit sigillo officialis Et si aliquas pecias vel capicios invenerint minus longos XXV brachiis ad terciam ad justam mensuram ut dictum est teneatur illam peciam vel capicium statim portare et dessignare domino Potestati vel ejus Iudici bamno XXV lib. par pro qualibet pecia vel capicio Et faciat dominus Potestas singulis annis stationarios jurare de predictis attendendis et insuper predictis omnibus et singulis et circa ea et generaliter super arte et ministerio pignolatorum et super pignolatoris dominus Potestas habeat plenum arbitrium inquirendi procedendi puniendi et de novo condempnandi atque faciendi et ommittendi quidquid pro Comuni et hominibus viderit expedire Similiter telas longas et justas signare signo constituto et curtas scabizare et non signare Pecias autem capicia bombaxinos et cordolatos falsas cindendas scindere per longum secundum superius dictam formam Item suum officium in mensuratione procuratione bullatione et in omnibus et singulis ad que tenentur ex forma presentis statuti diligenter et fideliter exercere et ipsum statutum servare et servari facere Preterea super omnibus peciis et capiciis quas bullaverint facere sua signa de endego ultra predictam bullam ita quod utrusquisque de ipsis officialibus qui presentes erunt mensurationi procurationi et bullationi alicujus pecie vel capicii teneantur signum suum de endego supponere ut appareat qui dictorum officialium interfuerint mensurationi et procurationi ac bullationi cujuslibet pecie vel capicii. Teneantur quoque in scriptis redigere omnes pecias capicia bambaxinos cordolatos et tellas quas bullaverint et signaverint cujus fuerint cui vendite fuerint et quo die fuerint procurate et buliate Item omnes et singulos defectus repertos per eos in predictis peciis capiciis bambaxinis cordolatis et telis cujuscumque maneriei sint Et statim antequam vadant ad prandendum ipsos defectus per ordinem integraliter dare in scriptis domino Potestati vel suo Iudici ut interim puniantur delinquentes Et habeant medietatem omnium bamnorum et condempnationum qui fient pro suis denunciationibus et accusationibus et faciant expensas cartarum et cere opportunarum officio et Comune Mantue habeat aliam medietatem Item quod illi qui per eos seu occasione eorum officii inventi fuerint deliquisse si solvere voluerint bamnum non accuseutur domino Potestati et si solvere noluerint accusentur.

RUBRICA 24ª

De tinctoribus

Super ministerio tinctorum tam bombicis quam pignolatorum quam lane et drapporum statuimus quod nullus possit tingere nec tingi facere bombicem vel pignolatum vermilium nisi de rozia vel braxilo bamno XX. sol. par. tam tinctori quam ei qui aliter tingi fecerit auferendo qualibet vice. Preterea nullus tingat pignolatum in vermilio minus quam de duabus roziis nec pignolatum nigrum sine galleto. Salvo si non posset habere galletum possit tingere de solia cum licentia ejus cujus esset pignolatum nec minus quam de tribus galletis. Et nullus pignolatum tingat in zalde fino duabus fersis. Nec debeat aliquis tinctor facere aliquam bullam alicui specie nisi fuerit tota indica et si in aliquo predictorum contrafecerit condempnetur XX. sol. par. pro qualibet vice. Preterea nullus tinctor aliquo modo vel ingenio permittat portari aliquam speciem pignolati tinctam de domo sua cum fuerit perfecte tincta nisi fuerit primo solito signo per officiales ministerii textorum pignolatorum bullata bamno V. sol. par. pro qualibet pecia et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni. Quilibet teneatur salvare et custodire lanas et pannos bombices et pignolata et quaslibet res que ad ejus domum vel manus occasione tingendi pervenerint et eas bene et bona fide tractare ac tingere in illo colore in quo concordaverint cum illo qui eas dederit ei ad tingendum furtum vel fraudem aliquam non committendo et postea reddere secundum quod receperit et qui contrafecerit solvat pro bamno qualibet vice XL. sol. par. Et si ad manus alicujus portarum fuerit aliquod pro tingendo ab aliqua persona suspecta tinctor illud recipere teneatur et domino Potestati denunciare statim vel ejus Iudici bamno X. sol. par.

RUBRICA 25ª

Super ministerio speciariorum.

Super ministerio speciariorum statuimus quod nulla persona faciat vel fieri consenciat seu factas teneat in sua statione vel

vendat candellas in quibus sit sophysticatio vel mixtura nisi tantumodo de pura cera et stopinis bombicis Et qui contrafecerit solvat pro bamno XL sol. par. qualibet vice et amittat candellas et ceram. Et si aliquis cui invente fuerint candelle et cera hujusmodi diceret se ab alio emisse et de sophysticatione vel mixtura nihil scivisse et perpendisse datorem dare teneatur et denuuciare domino Potestati quem si non dederit ad dictum bamnum teneatur Item dicimus debere servari de candellis sepi quod dictum est de candellis cere que fiant teneantur et vendantur bone et de bono sepo sine sopbysticatione aliqua vel mixtura lardi et axungie et cujuslibet pinguedinis nec apponatur cera et qui in aliquo predictorum contrafecerit condempnetur XX. sol. par qualibet vice et amittat candellas. Quilibet volens tenere piperatam ad vendendum illam teneat non sophysticatam sed factam tantumodo de bono zafrano pipere et bonis speciebus Preterea nullus debeat balneare zafranum ponendum in piperatis nec aliquis pestator debeat zafranum balneatum pistare in piperatis ponendis neque piperatam in qua sit zafranum balneatum nec in aliqua piperata aliquis apponat panem biscotum coriandulum curcuma nec aliquid quod pervertat vel immutet bonitatem piperate Et nullus sophysticet oleum neque aliquod mercimonium cum alia re Et qui in aliquo predictorum casuum contrafecerit condempnetur XL sol par. Item nullus debeat dare unam rem pro alia videlicet ellectuarium pro alia unum unguentum unum syropum pro alio unam medicinam pro alia nec quodlibet aliud pro alio bamno XX sol par Item nullus stationarius qui non habeat medicum in statione vel saltem qui non fuerit usus per tres annos continuos in statione cum medico aliquo ingenio possit tenere in statione ejus ad vendendam aliquam confectionem pertinentem ad medicinam laxativam sicut sunt pilule trocissim triphera saracenica et alie medicine laxative neque aliquem syropum bamno XX sol par pro quolibet predictorum et qualibet vice Liceat tamen cuilibet tenere in statione sua et vendere zafranum rosatum et violatum et zinziberem conditum cotognatam pigram et trifaram magnum Et super predictis omnibus et singulis de speciarorum ministerio elligantur per dominum Potestatem duo accusatores boni et ydonei per medium annum duraturi qui teneantur diligenter inquirere et accusare delinquentes habituri medietatem condempnationum de accusationibus quas facient. Et insuper quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni

RUBRICA 26ª

De calegariis

Super ministerio calegariorum statuimus ut confecture coriorum sint bone et juste quod nullus siccet valaniam in furno ut eam machinet et sophysticet Item quod coria conficienda calcinentur ad modum ita quod de calcina nimium vel parum non habeant et laventur et radentur bene quando de calcina sbrumantur Item duo sextaria folii dentur cuilibet menate coriorum de calcina quando sbrumantur de calcina Tres mine valanie dentur cuilibet menate coriorum quando ipsa coria sunt sbrumata de calcina Coria autem staro debeant in confecturam ad quasi modum per tres septimanas vel plus et quando lavabuntur de quasimodo debeant salari ad planum et sic manere per duos menses Salvo quod coramen minutum possit laborari ad folium sine aliquo plano. Item coria debeant resolari de valania et permanere in ipsa resolata per tres menses Vendentes autem solas ad modum cacimini eas vendere teneantur Quem modum dominus Potestas recuperari facere teneatur et in marmore sculpiri si factum non est Nec ad alium modum vendant nec alium modum teneant. Quicumque autem in aliquo predictorum de ministerio caligariorum contrafecerit condempnetur in quolibet casu et qualibet vice XL sol par et plus arbitrio domini Potestatis inspecta qualitate facti Et insuper pro dictis inquirendis et observari faciendis per dominum Potestatem cum consilio massarii duo accusatores deputentur quorum accusationibus credatur habituri medietatem condempnationum

RUBRICA 27ª

De pelizariis

Super multicio vero Pelizariorum statuimus pro meliori multicio habendo quod aliquis non possit multicium nec intina tenere

o sesto sancti Michaelis usque ad diem mercurii scuroti Abunde vero in anno liceat faciando tamen bonum multicium tantumodo de milio et sigulo vel de frumento secundum obtentum diacius Civitatis Mantue et consuetudinem. Et qui in aliquo predictorum contrafecerit solvat pro bamno qualibet vice C sol par in quolibet casu.

RUBRICA 28ª

De ferrariis

Super ministerio ferrariorum statuimus quod nullus ferrarius faciat exemplum nec demum falsam claviam vel alicujus instrumenti Item nullus faciat signum alterius super aliquo ferramento. Preterea nullus faciat ferrum ad incidendum sine azalo et qui contrafecerit in aliquo predictorum puniatur ad arbitrium domini Potestatis inspecta qualitate facti Ferratores vero teneantur bonos ferros facere et equos ferare nec ultra XII par. de ferro et ferratura equi sive roncini accipere. De remissione vero cujuslibet ferri IIII par tantum accipiant et non ultra bamno XX. sol. par. pro quolibet contrafaciente qualibet vice. Item compellat dominus Potestas ferratores equorum jurare in principio regiminis et securitatem prestare de predictis. Item statuimus et firmamus quod quelibet villa mantuani districtus habens XV lares et ab inde supra et consules et massarius ipsius ville habeant et continue teneant eam quantitatem ferrorum et clavorum pro ferando equos ab ermis et roncinos eciam quo provisa et ordinata fuerint juxta numerum larium cujuscumque ville habendo eciam maleum et omnia instrumenta ferrea necessaria ad ipsos equos ferrandos et ipsos ferros et claves et de ipsis prout expediret teneantur et debeant dare quibuscumque personis equitantibus transeuntibus per ipsas villas pro suis equis ferrandis eo precio quo ipsos ferros et clavos emerint seu secundum in Civitate Mantue habendo hec semper omnia preparata Et quum acciderit quod de ipsis ferris et clavibus alicui dederint promisso modo teneantur infra octo dies provisam et ordinatam predictorum quantitatem recuperare et habere ita quod eo modo semper dicta quantitate que provisa fuerit sit et maneat penes eos et predicte omnia et singula te-

neantur consules et massarius cujuscumque ville dicte condictionis attendere et servare pena et bamno C sol par predictis consulibus et massario et eorum cuilibet et vice qualibet auferenda Que quidem adjectio seu statutum factum et pubbcatum fuit in generali consilio Comunis Mantue super Palacio veteri more solito congrogato die sabati ultimo julij millesimo trecentesimo quinto indictione tercia Ego Gubertus de Campitello dominorum ancianorum Notarius et Comunis Mantue dictator publicavi et hic presencialiter scripsi. Item compellat unum feratorem pro quarterio ire in cavalcatis et exercitibus tenendo equum proprium qui pro aliquo alio non scribatur vel aliter nisi quod superius dictum est pro ferris et ferraturis equorum Et super omnibus et singulis elligantur accusatores privati per dominum Potestatem quibus credatur in suis accusationibus habituri medietatem condempnationum Et insuper quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni Salvo tamen quod ante ellectionem predictorum ferrariorum pro exercitibus et cavalcatis ordinetur per dominum Potestatem et sapientes quot esse debeant et quantitas salarii eorum

RUBRICA 29ª

De aurificibus.

Statuimus quod aurifices Civitatis Mantue teneantur et debeant omnia et singula infrascripta attendere et observare. Primo videlicet lapides qui dicuntur granate et zaphyri precii et valoris trium venetorum grossorum et ab iudo infra ligare et ponere in anulis de auro quod sit de XIIII caracteribus ad minus. Nec opus aliquod de auro facere debeant nec facere fieri neque vendere vel vendi facere quod sit de minus de bono auro quam de auro de XIIII caracteribus ullo modo. Smaragdos seu zaphiros vero adamantes rubinos et alios lapides naturales valentes plus tribus venetis grossis pro quolibet non debeant nec possint ligare seu ponere neque ligari facere seu poni in anulis qui sint de minus de bono de auro quam de terrinis intelligendo aurum de terrinis esse XVI caracterum Laborerium seu opera omnia de argento confiato seu zetato fieri non debeant de minus bono argento quam de argento de sterlinis veteribus intelligendo de sterlinis veteribus

tenere mediam unciam rami tantum pro qualibet marcha in quibus operibus conflandis addi possint III verononses rami in qualibet uncia et non ultra Alia vero opera de argento que friguntur seu frigentur sive que consolidantur ut sunt botoni anuli maze cingulorum et alia opera hujusmodi non possint nec debeant fieri de minus bono argento quam de sterlinis veteribus simpliciter et sine aliqua rami adjectione. Preterea teneantur et debeant aurifices supradicti non laborare nec laborari facere alicui persone aurum seu argentum pejoris lige seu manerici quem supradictum est concessum Sed si persona aliqua pro aliquo opere sibi faciendo suum aurum seu argentum dederit ad laborandum alicui aurifici aurifex ille tale aurum seu argentum sic ei datum nullo modo debeat pejoraro nec ejus bonitatem minuere eciam si aurum illud seu argentum sit melioris lige vel manerici quam ut dictum est superius Sed illud aurum seu argentum laborando prout debuerit in sua bonitate fideliter conservaro Et qui contrafecerit in aliqua predicterum vel non conservaverit puniatur arbitrio domini Potestatis inspecta qualitate et quantitate facti et staro debeant ad laborandum et stationes suas habere et artem suam exercere aurificos omnes Civitatis Mantue in simul in contrata Sancti Laurentii secundum quod placuerit domino Potestati Item super predictis deputetur per dominum Potestatom unus bonus et ydoneus vir pro officiali qui bene noverit aurum discernere et argentum et cui si doctus in predictis qui negocium illud fideliter procuret et teneatur dictus officialis continue cercare stationes et examinare opera aurificum ne in predictis fraus aliqua committatur ad quam faciendum esse debeat cum dicto officiali si ei videbitur unus de aurificibus Mantue quem videlicet voluerit eligere ad babere Et teneatur insuper dominus Potestas vel ejus judices inquisitionem de predictis ex officio facere in omni mense.

RUBRICA 30ª

De campsoribus.

Campsores tabularum per speciale sacramentum in principio regiminis prestandum et filii eorum et alii qui stant ad cambiandum si sint juvenes majores XIIII annorum teneantur dare operam ad inquirendum et ad inveniendum monetam falsam et inveniant

Et si aliquem invenerint habentem a duobus grossis supra vel duobus solidis par. in parvis quam citius poterunt rectori vel rectoribus illum presentabunt. Et totam pecuniam tonsam quam pro cambio acceperint forabunt incontinenti presentibus his a quibus illam acceperint. Nec pecuniam falsam se scientibus alicui dabunt sed si ad eorum manus pervenerint destruent. Et hec dominus Potestas inquirere teneatur semel pro quolibet mense ad minus. Et si quem invenerit contrafacientem auferat ei pro banno viginti quinque lib. par. qualibet vice et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni. Teneatur quoque dominus Potestas infra primum mensem regiminis accipere bonam et ydoneam securitatem et fidejussorem a quolibet campsore. De salvando guardando et custodiendo et restituendo omnem pecuniam et avere Comunis et divisam que securitas sit trium mille librarum et plus ad arbitrium domini Potestatis. Et si dominus Potestas hoc facere neglexerit vel omiserit teneatur cuilibet quod pateretur ex eo quod non esset dicta securitas prestita et exacta ad omne interesse. Hec autem securitas recipiatur per Massarium Comunis Mantue et scribatur per ejus Notarium. Qui aliqui deberent a campsoribus recipi consequi occasione predicta possint esse tuti de eo quod sibi deberetur. Quod si Massarius et ejus Notarius predictam securitatem bonam non acceperint teneantur illis qui pecuniam sibi dederint super campsorum tabulis et omne damnum et interesse pro quantitate amissa ea occasione. Fidejussores quoque teneantur pro campsoribus illi vel illis qui deposuissent. Similiter et campsores teneantur et in bonis tam fidejussorum quam campsorum deponentes habeant ypothecam et bona omnia obligata. Item si reperiatur per instrumentum vel scripturam campsoris vel qualibet alia probatione legitima quod campsor receperit pecuniam ab aliquo super tabula vel apud se viso instrumento scriptura predicta vel probatione recepta sive libello vel peticione vel juris ordine vel solempnitate ad solutionem faciendam compellatur realiter et personaliter ad voluntatem creditoris detenta persone et captis pignoribus. Preterea campsores teneantur facere copiam de libris ipsius ad voluntatem domini Potestatis. Et dominus Potestas infra duos menses regiminis cum consilio domini Episcopi et sapientum ordinet de bona moneta pro Comuni Mantue facienda si eis videbitur.

RUBRICA 31ª

De sartoribus

Sartores civitatis Mantue cumpellat dominus Potestas primo mense sui regiminis et omnes qui exercere voluerint artem sartorie ydoneam securitatem prestare salvandi et custodiendi pannos et pelles et omnes alias res que ad eos pervenerint. Et modo aliquo non diminuendi et non accipiendi aliquam pecuniam vel servicium ab aliquo emente vel vendente pannum nec societatem habere cum eo banno C sol par. Que securitas pro Massario Comunis Mantue et ejus Notario eorum periculo recipiatur. Et nulla persona in Civitate vel districtu Mantue faciat vestidellos nec alia indumanta de peciolis lane nec ea vendant nec ad vendendum teneat sive mittat sub eodem banno. Et predicta omnia et singula jurent ipsi sartores tempore quo securitates suas Massario prestabunt attendere integraliter et servare. Addimus quod omnes panni de ultramonte et de Mediolano antequam vestes incidat sartor pensetur. Et teneatur quilibet sartor habere pensam ad hoc convenientem. Et si contingerit balneari vel cimari pensentur cum fuerint sicci. Quod sartores salvare teneantur et salvare eciam peciolas que inciduntur ex ipsis et cum repensabuntur vestes non sint balneate nec aliud factum in fraudem. Item sartores non accipiant aliquos denarios pro repo albo vel alicujus alterius coloris

RUBRICA 32ª

De navibus.

Omnes et singule naves duorum plaustrorum capaces et ab inde supra in Civitate et districtu Mantue naulizare debentes quocumque modo ad ligna sive ad mercatores sive ad personas sive ad alium evehendum bullari debeant pro Comuni Mantue de bulla ipsius Comunis ad arbitrium domini Potestatis ordinata

Hoc modo videlicet quod iudex domini Potestatis ad maleficia deputatus cum consilio consulum mercatorum ipsas naves qualibet siue naufragi periculo comodo facere possit. Et bullam predictam Comunis Mantue figi faciat in sponda navis. Et ubicumque fuerit opportunum usque ad quam bullam navis onerari possit remanente bulla subమergatur per modum aliquem onerare neque cum navi aliqua non bullata predicto bulla Comunis Mantue in Civitate vel districtu Mantue naulizare pena et banno contrafacientibus in predictis vel in aliquo predictorum ad arbitrum domini Potestatis auferenda. Et quod nauta vel conductor navis non paciatur navem ultra bullam predictam onerari. Quod si fieret condempnetur ut dictum est res in navi posite sint suo periculo et fortuna. Omnes naves conducentes aliqua mercimonia per lacum inferiorem debeat arrivare in loco publico a porta pontis molendinorum usque ad caput primum piscarie ibidem posite banno X. lib. par. et ammissionis navis qualibet vice. Nec debeat aliqua navis arrivare de nocte aliqua occasione sine licentia domini potestatis pena X. lib par. et ammissionis navis. Et intelligatur hoc in lacu superiori.

RUBRICA 33ª

De assogatoribus

Lignorum assogatores dominus Potestas teneatur facere assogare et jurare legales et rectas sogas habere et non ultra IIII. par. de assogatura cujuslibet sogie accipere. Et si ultra acceperent vel injustam sogam acciperent habuerint seu tenuerint auferat eis dominus Potestas qualibet vice X. lib. par. Et faciat dominus Potestas assogatores assogare cum catena una facta ad mensuram et longitudinem recte sogie ad bolzonellos sicut melius fieri potuerit. Et omnia ligna a soga fiant et sint longa quinque brachia ad minus. Item dicimus de faxibus pena et banno ad arbitrium domini Potestatis contrafacientibus et vendentibus auferenda. Item nullus venditor lignaminis eligat ancinam grossam de saxibus ancinarum pro paliis faciendis nec faciat palos de ancina grossa et saxi ancinarum esse debeant de viginti quatuor ancinis et non ponantur vimino cum ancinis. Et hoc sub predicto

bamno. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni. Preterea revenditor lignorum non emat trabes parietes taxellos nec canterios nec aliques assides in broleto Comunis Mantue vel alibi in Civitate vel suburbiis Mantue pena et bamno XL. sol. par. qualibet vice et ammissionis rerum emptarum. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni. Item nullus possit causa vendendi emere stropas blancas vel rubeas in Civitate vel burgis Mantue bamno X. lib. par. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni.

RUBRICA 34ª

Super feno.

Feni plaustra que conducantur Mantue ad revendendum nemo faciat bamno X. lib. par et ammissionis feni. Nulli preterea liceat in Civitate vel burgis Mantue emere ultra XII plaustra feni. Et qui contrafecerit ammittat fenum. Insuper condempnetur arbitrio domini Potestatis. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni. Et insuper hic ponantur accusatores per dominum Potestatem.

RUBRICA 35ª

De herbis.

Herbam vendentes non reficiant faxem in civitate ne in burgis Mantue nec aliquis emat herbam causa revendendi bamno III. sol. par. quolibet taxe et ammissionis herbe. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni.

RUBRICA 36ª

De bibulcis.

Plaustrarii vel bibulci non vadent per civitatem nec per burgos nec per pontes Civitatis et districtus Mantue super plaustris sed

ante vel juxta boves vadant tenendo semper manum super temone plaustri pena V. sol par. et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni Et legatur in concione et credatur cuilibet accusatori bone fame.

RUBRICA 37ª

De bennis

Benne autem quibus trahitur sabionum Mantue conducant XII starias Quibus autem terra XVI starios teneant et conducant pena V. sol par vice qualibet auferenda bibulco et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni

RUBRICA 38ª

De agrimensoribus.

Rationatores sive agrimensores omnes primo mense sui regiminis faciat dominus Potestas jurare suum officium fideliter exercere pro utraque parte et mensurare ad perticam pedis Ariprandi et non aliter Qui pes et ejus forma ipsorum consilio fiat in porta Sancti Petri ed sancti Andree expensis Comunis Mantue in lapide vivo et factum non est Idem dicimus de passibus drapi pena ad arbitrium domini Potestatis Item computatio facienda de muris fiat computando novem quadrellos per longum et non plures unam quamque perticam et in ea ratione fiat solutio muratoribus et operariis ad milliario laborantibus et non aliter bamno ad arbitrium domini Potestatis tam muratori sive operario plus petenti quam ei qui plus dare presumpserit auferendo

RUBRICA 39ª

De bandictionibus

Statuimus quod nulla bandictio fieri debeat occasioni alicujus mercati in aliqua statione vel in domo vel extra aliqua ratione

vel causa nec aliqua pecunia occasione predicta dari debeat nec peti. Et si contrafactum fuerit in aliquo vel ingenio vel modo condempnentur contrafacientes pro quolibet qualibet vice XX sol par. et minus secundum quod videbitur Potestati. Et super predictis ponantur accusatores ut videbitur domino Potestati in principio sui regiminis quorum accusationibus credatur et habeant medietatem condempnationum ex suis accusationibus provenientium.

RUBRICA 40ª

De albergatoribus.

Albergatores civitatis Mantue possint vendere vinum panem et alia cibaria omnibus forensibus transeuntibus et redeuntibus in eorum hospitiis hospitantibus pro sua stalla de qnolibet equo III. par. et pro lecto cujuslibet persone totidem et non ultra pro qnolibet die dum ille cujus est equus non accipiat ab hospite fenum et annonam. Dominus autem Potestas teneat certos accusatores deputatos super predictis qui habeant medietatem condempnationum. Et de accusationibus quas facient de albergatoribus contrafacientibus qui procurent quod albergatores attendant et non contrafaciant. Item quod aliquis albergator Civitatis vel burgorum Mantue vel eciam aliquis tabernarius de predicta Civitate et burgis non recipiat nec habeat nec teneat panem venalem in suo hospitio vel taberna nisi tantummodo de pane Comunis Mantue. Qui panis venalis efficitur pro Comuni vel de alio pane qui fierent per aliquem voluntate Comunis. Et si panis alius quam de tali pane repertus fuerit per familiam domini Potestatis vel aliquam personam in mensa vel in hospitio vel taberna alicujus albergatoris vel tabernarii presumatur fraus et tanquam contra committentem fraudem in dampnum et prejudicium Comunis per dominum Potestatem procedi debeat secundum quod crediderit convenire. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni. Et quod quilibet albergator faciens fieri panem pro usu familie sue faciat fieri panem majorem in quadruplo tali pane venali super quod faciat fieri signum quod videbitur domino Potestati pro fraudibus evitandis. Et qui contrafecerit presumatur fecisse frandem et contra talia committentem procedatur per dominum Potestatem ut

ei videbitur convenire. Item quod nulla persona debeat vendere panem alicui albergatori vel tabernario vel alicui aliquo persone nec aliquis debeat emere nisi tantumodo de pane tali qui fieret voluntate Comunis. Et qui contrafecerit in aliquo predictorum casuum puniatur et condempnetur arbitrio domini Potestatis. Item quod nullus albergator vel tabernarius debeat dare de pane suo vel aliquo alio pane nisi de illo tali pane venali tantum alicui persone ad concedendum in suo hospitio vel taberna. Et qui contrafecerit puniatur et condempnetur per dominum Potestatem secundum quod crediderit convenire. Item quod nulla persona que teneat tabernam vel hospitetur debeat dare concedere vel permittere quod aliquis concedat vel tenere in dicto hospitio vel taberna panem alicujus condictionis nisi tantumodo de tali pane qui fierat voluntate Comunis. Et qui contrafecerit puniatur arbitrio domini Potestatis et super predictis omnibus et singulis quilibet sit accusator et habeat medietatem banni. Declaratum est et dictum per dominum Potestatem quod in quolibet casu et capitulo presens statutum ubi imponitur pena albergatoribus et tabernariis secundum quod domino Potestati videbitur et crediderit convenire dicatur et condempnentur X lib. par. et insuper pro quolibet pane XX sol. par. et plus ad arbitrium domini Potestatis. Et eodem modo puniantur furnarii qui coquerunt panem factum contra formam alicujus statuti et quelibet alia persona que facerot vel fieri faceret ipsum panem. Et super his credatur cuilibet accusatori privato ad id deputato per dominum Potestatem. Que adjectio facta est die secundo maii MCCCXIII indictione XI. Compellat quoque dominus Potestas omnes albergatores Civitatis et Episcopatus Mantue secundum quod melius videbitur primo mense prestare bonam securitatem ad Massarium Comunis Mantue salvandi et custodiendi omnes personas et res in suis hospiciis et non tenendo ludum neque biscaciam atque denunciandi et presentandi domino Potestati Mantue omnes forensos quos albergabunt incontinenti ipsa die qua fuerint hospitati. Et qui contrafecerit puniatur arbitrio domini Potestatis. Et quod se scientibus non recipient furem latronem ganeam orbum gajuffum vel gajuffam nec personam suspectam pena et banno ad arbitrium domini Potestatis in omni casu. De quibus omnibus et singulis possit dominus Potestas vel ejus judex inquirere et punire summarie nullo statuto obstante. Item gajuffos neque gajuffas nemo albergare neque tenere nec domum eis ad habitandum concedere nec terram vacuam circa terram

versus Civitatem Mantue bamno XX sol par pro quolibet et quaibet vice Et super his elhgantur sorte accusatores qui inquirant et accusent contrafacientes et habeant medietatem bamni Ganee vero questum publice facientes non debeant in aliquo loco Civitatis vel burgorum Mantue habitare bamno XXV lib par nisi in loco eis assignato per Comune Mantue Nec dicte ganee debeant intrare in civitatem nisi cum capuccio rubei coloris in capite publice deferendo ut a bonis mulieribus discernantur pena et bamno XX sol par pro qualibet ganea et quolibet vice Et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni Nec aliquis albergator vel albergatrix eas debeat albergare vel in cius hospicio eas pati hospitari sciencier pena predicta vel eciam si notificatum fuerit uec eciam aliquis alius talibus personis scilicet publice questum facientibus domos aliquas debeat affictare vel locare et si contrafecerit et denunciatum fuerit hujusmodi locatori vel affictatori per tres vel saltem duos ex vicinis dicte contrate quod talem questum publice facientem de domo sua licenciare teneantur infra octo dies post deuunciationem hujusmodi talem questum publice facientem expellere et licenciare de domo sua vel saltem uni ex judicibus domini Potestatis denunciare quod eam expellat pena predicta XXV lib par Et super his si dominus Potestas fuerit negligens idest super ganeis expellendis et prohibendis ut dictum est perdat de suo salario C lib par

RUBRICA 41ª

De fornexariis

Fornexarii non debent mensurare calcinam sed justi et boni homines ponantur per dominum Potestatem cum consilio Massarii Comunis Mantue et ejus Notarii ad ipsam calcinam mensurandam deputentur qui debeant juste et bene mensurare et dare suam rationem ementibus et vendentibus habituri a fornaciariis unum Mantuanum parvum pro quolibet modio et jurent sic observare quod si fornexarii mensuraverint vel fraudem committerent in predictis condempneutur X lib par qualibet vice et quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni Item dominus Potestas non permittat lapides cuppos nec calcinam portari extra episcopatum et districtum Mantue nisi soluto dacio ordinato ita quod

solvantur quinquaginta sol par de quolibet miliario cupporum qui conducerentur extra districtum Mantue. Quod dacium fornaxarii solvere teneantur de cuppis quos vendiderint forensibus vel quos vendiderint qui conducerentur extra districtum Mantue De lapidibus vero et calcina prout fuerit ordinatum nec lapides nec calcina eciam portari possint sine licentia data. Compellat dominus Potestas sacramento omnes quicumque faciunt lapides fieri et cuppos moduli Cacianimici tenere et ad illum modum et non alium laborare et ad fornacem illum modum et nullum alium tenere Lapides quoque vel cuppos non cavare sed grossos equaliter in medio et a lateribus facere et servare et bene coquere et bonam moltam facere et suam rationem juste de cuppis lapidibus et calcina emptoribus dare cuilibet petenti dummodo habuerint non dicendo lapides seu cuppos esse datos vel venditos pena ad arbitrium domini Potestatis. Et fornexarii in qualibet cocta quam fecerint coquant tantum tria milliaria cupporum et non plus sub pena ad arbitrium domini Potestatis. Vendant autem fornexarii de Mencio et dare debeant milliarium cupporum pro XXX sol par et milliarium quadrellorum pro XXXII sol par Fornexarii vero de sancto Nicolao de Mantua milliarium quadrellorum pro XL sol par modium vero calcine non flocate pro XXV sol par modium vero flocate pro XIII. sol par et non pro majori precio aliqua predictorum Et dominus Potestas compellat eos laborare et laborari facere cuppos et quadrellos et calcinam coquere et dare ipsam predicto precio. Et Massarius Comunis Mantue in se retineat modulum et exemplum lapidum et cupporum Quicumque autem in aliquo predictorum casuum contrafecerit solvat pro banno et qualibet vice X lib par Et insuper quilibet sit accusator et habeat medietatem banni. Elligatur per dominum Potestatem unus superstans tribus mensibus duraturus qui teneatur qualibet hebdomada bis cercare fornaces omnes Civitatis Mantue et fornexarios omnes et denunciare domino Potestati vel suo judici quoscumque invenerit contra predicta facientes banno XX. sol par Et insuper dominus Potestas cum consilio Massarii et ejus Notarii ponat accusatores privatos sicuti videbitur expedire. Et ad fraudes fornexariorum superandas dominus Potestas vel judex predictas inquirat de predictis et examinare debeat vel condempnare quolibet mense puniturus contrafacientes in quolibet predictorum X. lib par. ut predictum est cujus condempnationis medietas sit accusatoris. Quod autem dictum est de forne-

xariis intelligatur pariter de omnibus personis cuppos facientibus quadrellos et calcinam vendentibus et judex maleficiorum teneatur omni mense a Pasca Resurrectionis usque ad sanctum Michaelem ire et examinare si bene fecerint et legaliter quod debeat. Ad hoc dominus Potestas de qualibet cocta fornaxarium apportari faciat in Palacium et apud Massarium Comunis deponere de lapidibus et cuppis qui ibi remaneant per totum annum causa videndi et approbandi si justi essent ad modulum et coctuiam. Et solia quibus mensuratur calcina dominus Potestas faciat haberi et teneri justa et bullata bulla Virgilii. Et super omnibus et singulis predictis et generaliter super fornexariis et fornacibus dominus Potestas habeat licentiam et arbitrium inquirendi et cognoscendi ac puniendi in quantitate predicta et majori quandocumque sibi videbitur secundum qualitatem facti. Item quod nullus Massarius alicujus fornacis audeat vel presumat dare vel dari facere per se vel per interpositam personam aliquod aventalium vel donum alicui suo laboratori qui ei laboret ad discum nisi tantummodo precium secundum consuetudinem antiquorum scilicet VI sol par de miliario cupporum et non ultra banno ad arbitrium domini Potestatis Item nullus laborator fornacium audeat vel presumat accepere vel petere nec peti vel accipi facere per interpositam personam aliquod aventalium vel donum nec quod computari possit aventalium vel donum ab aliquo Massario alicujus fornacis vel alio pro eo. Sed laborare teneatur quilibet laborator secundum modum et precium supradictum banno ad arbitrium domini Potestatis. Idem quod dominus Potestas faciat per se et judices suos dictos laboratores fornacium laborare cum dictis formis et condictionibus Massarios fornacium quorumcumque et quociescumque per ipsos massarios requiruntur. Qui laboratores si recusaverint domini Potestatis arbitrio condempnentur.

RUBRICA 42ª

De muratoribus magistris manarie cohopertoribus domorum et laboratoribus.

Muratores magistri manarie et domorum cohopertores super se laborantes habere debeant pro suis mercedibus ab his quibus

laboraverint in Civitate et burgis Mantue quantitates infrascriptas Videlicet de mensibus decembris Ianuarii et Februarii III sol par quolibet die laboratores vero ipsorum XVIII. par. De mense Aprilis Maii Iunii Iulii et Augusti V. sol par et eorum laboratores XXVII. par. De mensibus vero Septembris Octobris et Novembris IV sol. par. Ceteri vero laboratores sive operarii a Kalendis Octobris in antea usque per totum Iannuarium habere debeant XVIII par pro quolibet die Salvo quod zappatores et vangatores possint habere XII par et bibulci arantes et carezantes ad precium VII sol par pro die ab inde vero usque per totum annum habere debeant XXIIII. par Zapantes tamen legumina homines XVIII par. tantum femine XV. pro die. Bibulci VII sol. par pro die. Et femine ad rastellandum per totum tempus XV par ab inde usque per totum septembrem debeant habere homines II sol par. femine XVIII par Salvo quod messores et batitores habere possint III. sol par pro die ad grossa segatores IIII. sol. par. Bibulci octo sol. par pro die Vindimiatores habere debeant pro solio quolibet die homines III sol par femine XXIIII. par Nec detur cena vindimiatoribus alia nisi unus panis pro quolibet et qualibet Cribellatores quoque habere debeant unum parvum do stario frumenti et cribellare cum tribus cribellis si necessarium fuerit neque propterea plus recipere possint Et de predictis preciis predicti et quilibet predictorum stare debeant et esse contenti Salvum tamen quod vinum dare debeant laboratoribus vel IV par pro vino ultra precia supradicta Item salvo quod muratores magistri manarie et domorum cohopertores habere debeant VI par extra Civitatem et burgos Mantue plus quantitatibus supradictis pro quolibet et qualibet vice sive die. Quicumque autem plus dederit et quicumque plus receperit preciis pretaxatis in quolibet casu condempnetur arbitrio domini Potestatis et super his integraliter observari faciendis deputentur certi officiales eligendis per dominum Potestatem habituri medietatem condempnationum quorum accusationibus credatur Et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni. Item omnes muratores magistri manarie batitores lane et omnes alii cujuslibet condictionis ad precium laborantes teneantur et debeant sine fraude facienda vel committenda ire qualibet die ad laborandum ubi debuerint laborare ad sonum campane Comunis Mantue que debuerit pulsari ad martellum ob hanc causam quolibet die mane cum dies clara fuerit ita quod videri possit ad laborandum et ad sua laboreria laborare nec ab ipsis

discedere usque ad alium sonum ejusdem campane similiter pulsando quando pulsatum fuerit ad terciam fratrum Predicatorum. Ad quem quidem sonum omnes predicti laboratores discedant et vadant ad prandendum post prandium vero cum ipsa campana Comunis pulsata fuerit modo predicto omnes predicti absque fraude committenda debeant redire ad laboreria que faciant et ad ipsa fideliter laborare nec ab ipsis discedere usque ad alium similem sonum ad completorium sancti Andree. Qua hora liceat eis a laboreriis predictis recedere Possint tantum predicti laboratores facere sibi apportari ad manducandum ad loca ubi laboraverint pro merenda tenendo ad merendandum quod fuerit justum per eos committenda. Et quis contrafecerit in aliquo predictorum solvat pro bamno V. sol par. qualibet vice et perdat precium illius diei. Et teneantur predicti operarii ire ad laborandum cuicque petenti modis et preciis supradictis et credatur cuilibet accusanti cum uno teste bone fame. Preterea et domino cui laboraverint si bone fame fuerit sine teste credatur si videbitur domino Potestati.

RUBRICA 43ª

De piscatoribus

Piscator aliquis non debeat aliquam artem alterius piscatoris de loco ubi posita esset accipere vel movere sed si alter alterius artem motam invenerit et habere poterit illam bona fide accipere et ei cujus fuerit reddere teneatur. Et qui contrafecerit condempnetur XL. sol par. et plus et minus arbitrio domini Potestatis secundum qualitatem facti. Et insuper ad restitutionem seu emendationem artis predicte.

RUBRICA 44ª

De becharus.

Becharii debeant occidere et studere bestias solum modo ad ripas Civitatis secundum formam contractus scripti per dominorum compagnorum Notarium ad sacristium Comunis Mantue registrati

nec immundicias alibi faciant sed formam ipsius contractus debeant observare pena et banno ad arbitrium domini Potestatis. Et singulis XV. diebus judex ad maleficia deputatus de predictis inquirere et super ipsis procedere tenestur. Vendant autem bechari ad pensam sive stateram justem et bulletam pro Comuni Mantue ita quod quatuor libre grosse faciant unum pense. Et nemini petenti carnes de castrono debeant dare alias carnes pro illis. Nec carnes porce pro carnibus porci nec alterius animalis vel alterius sexus pro alio vendere vel dare debeant alicui. Neque carnes morticinas quando expresse dicant. Que carnes morticine non sub macello sed alibi et carnes porcarum que extimari debeant similiter alibi vendantur. Nec impleant rognonum de graxa alterius bestie nec sufflent in bestiis nec lavent carnes castronorum moltonorum agnellorum ovium caprarum edorum vel beccorum banno X. lib par qualibet vice et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni. Preteres teneantur bechari toto tempore de die carnes occisas et parstas ad becharias solummodo et non instationibus vel in domibus tenere et nullam seraliam in becharus facere vel habere. Et cuilibet petenti carnes dare de illo loco animalis de quo petitum fuerit et sine aliqua zonta vel adjectione. Hoc si quidem remedio quod incidere tenesntur bona fide quantitatem carnis petite ed reguonum bestiarum grossarum cum carnibus et sine carnibus ad voluntatem cujuslibet petentis dare petenti non vendendo rognoeum solum plus carnibus. Que observari faciant superstantes et si minus vel plus fuerit quod inciderit in modica quantitate precium sive plus sive minus recipiant ab emptoro. Cumque vendiderint carnes ipsos nullo modo teneant sed emptori extra becharıam portandam relinquant. Nec dimittere nec ponero debeant loco bigoli vel alterius deceptionis signo alterius animalis. Et qui contrafecerit in aliquo predictorum puniatur arbitrio domini Potestatis. Item nemo possit carnes gramignosas vendere et qui cantrafecerit puniatur qualibet vice in XXV. lib par et plus arbitrio domini Potestatis cujus condempnationis medietas sit accusatoris. Et qui animal gramignosum vendidisset bechario tenestur sine aliqua questione juris precium emptori restituere. Et super predictis omnibus et singulis atque infrascriptis dominus Potestas habeat pleuum arbitrium inquirendi et puniendi. Carnes autem vendere debeant secundum quod libra cujuslibet carnis per officiales extimabitur pro Comuni Mantue vel secundum quod concedetur et dabitur pro Comuni.

Item quo mezeni percorum et porcarum ubi lardum fuerit in locis IV. incidantur per superstantes hechariorum. Et cuilibet volenti lardum emere per se sine carnibus becharii similiter dare teneantur. Et carnes per se sive lardo volentes nec non insimul lardum cum carnibus volentibus de utroque. Et superstantes teneantur predicta facere observari et observare. Item quod becharii per se vel per interpositas personas non possint nec audeant emere mezenos qui portati fuerint ad domum mercati pro vendendo. Et superstantes hechariorum ad hoc diligenter intendant et contrafacientes accusent. Item quod becharii debentes stare ad becharíam sancti Symenis vel pontis sancti Jacobi vel extra dictas becharias in aliquo loco Civitatis Mantue et burgorum omnes carnes suas quas haberent occisas foris teneant super dischis vel ad becharias suspensas petentes et nequaquam absconditas vel ammotas in domibus vel scrineis vel aliquibus receptaculis ut manifeste sint emere volentibus. Et qui contrafecerit puniatur prout videbitur domino Potestati. Item quod omnes hecharii Civitatis Mantue stare debeant ad vendendum carnes tantum modo ad becbariam Comunis Mantue vel eciam ad becharíam sancti Symonis. Et dischi bechariorum Becharie Comunis debeant trahi retro usque ad columpnas ipsius becharie sic retracti teneri et carnaria bechariorum usque ad mures ut volentes carnes emere possint sub tecto stare tempore pluviali. Et quod utraque becharia clausa sufficienter teneantur nec scrinea nec coffina ipsis becharis stare possint nec per aliquos baberi aliqua racione. Salvo tamen quod in Portu et sancto Giorgie carnes vendi possint. Et predictis intendant superstantes bechariorum diligenter. Item quod becharii possint tenere lumina accensa ad becharias a sonu campane que pulsatur pro operariis licentiandis in antea donec possint stare ad macellum et in mane usque ad sonum campane operariorum et usque ad sonum misse fratum Predicatorum et ad sonum campane operariorum et aliis horis non. Quod superstantes faciant observari. Item quod dominus Potestas habeat plenum et liberum arbitrium puniendi et condempnandi sicuti voluerit et crediderit condempnare tam contra hecharios quam contra superstantes non attendentes predicte vel excedentes aut ommittentes in aliquo predictorum considerata coudictione persene et negocii qualitate. Officiales autem sint duo qui stateras Comunis Mantue babeant et teneant et examinent et observari faciant omnia et singula suprascripta et infrascripta habituri XVIII.

Statuimus quod nullus contractus alicujus conditionis factus per aliquem qui confinatus fuerit a die Kalendarum Iulii citra MCC nonagesimo nono indictione duodecima. Postea toto illo anno vel eciam subsequenti anno sine licentia dominorum Raynaldi Botironi fratrum de Bonacolsis vel alterius eorum Vicariorum Mantue alicui persone eciam si contractus factus ante confinia sibi data teneat si penitus nullius valoris sit. Salvo tamen quod in favorem creditoris et prejudicium debitoris confinati valeat. Et non in damnum et prejudicium Comunis Mantue. Item quod nullus contractus factus per aliquem qui confinaretur ab inde ex quo confinatus fuerit valeat nisi factus fuerit cum licentia dominorum Vicariorum Mantue. Salvo tamen quod in favorem creditoris et prejudicium debitoris confinati valeat et non in prejudicium Comunis Mantue. Item quod quelibet persona volens petere debitum vel petens ab aliquo confinato Comunis Mantue de quo appareat publicum instrumentum teneatur et debeat securitatem prestare de tantumdem Comunis Mantue persolvendo si appareret instrumentum solutum vel simulatum vel in fraudem aliquo tempore fore factum. Et si hoc appareret aliquo tempore condempnetur petens Comunis Mantue solvere tantumdom et cassari debeat instrumentum quo

petebatur et pronunciari nullum et cassum et vanum et ex nunc prout ex tunc intelligatur esse et sit nullius valoris. Et vigore ipsius instrumenti nullo tempore possit peti. Inrare eciam debeat petens quod id quod petit juste petit et quod non est sibi solutum de toto neque de parte et quod contractus est verus et minime simulatus. Et de predictis fiat inquisitio per quemlibet officialem Comunis Mantue coram quo quando ageretur ac eciam per quemlibet cui domini Vicarii vel alter eorum aliquo tempore reduxerit comittendum. Faciendo jurare testes Notarium et alios quos verisimile fuerit scire de negotio sive debito postulato. Idem quoque in omnibus et per omnia observari debeat si quis contra confinatum per testes voluerit petere vel probare. Quo sane extimatio vel insolutum dacio obtineri vel haberi non possit sine expressa licentia dominorum Vicariorum. Item ad fraudes removendas in dampnum et prejudicium Comunis Mantue quod per confessionem aliquam factam per procuratorem alicujus confinati vel confinandi ab eo tempore in antea quo fuerit confinatus vel per ipsum confinatum in judicio vel extra non possit nec debeat fieri aliqua extimatio nec aliquos processus nec eciam per positiones habitas pro confessis sine dominorum vel alterius eorum Vicariorum licentia speciali. Item quod non concurrentibus vel non postulantibus creditoribus uxores confinatorum extimationes sibi non possint in bonis fieri facere maritorum de dotibus suis vel aliis creditis quibuscumque. Nec extimatores Comunis Mantue ad hoc intendant aliqua racione sine dominorum vel alterius eorum Vicarii licentia speciali.

RUBRICA 13ª

De ordine servando contra bamnitos causa procedendi contra eos.

In bamnitis antem observetur forma statuti loquentis quod possessiones et bona que per bamnitos possessa fuerint sua foro intelligantur expresse. Salva semper examinatione interpretatione correctione et arbitrio dominorum Vicariorum vel alterius eorum super predictis et quolibet predictorum.

RUBRICA 14ª

De debentibus currere ad domum dominorum Vicariorum tempore quo pulsatur ad campanam suam vel voce preconia exclameretur ex parte ipsorum.

Item statuimus et ordinamus quod omnes et singuli Anciani et eorum Notarii qui fuerint a Kalendis Iulii proxime preteriti citra et qui per dominos Vicarios eligentur et omnes et singuli de consilio partis et omnes et singuli electi per dominos Vicarios quotiescumque sonaverit campana ad martellum posita super turrim ipsorum dominorum Vicariorum sive fuerit de nocte sive fuerit de die teneantur et debeant ire et currere ad domum dominorum Vicariorum cum armis sine mora aliqua et ibi esse et stare et se non separare absque licentia dominorum Vicariorum et omnia facere et complere que voluerint iusserint et mandaverint ipsi domini Vicarii pena averis et personarum inspecta qualitate facti et condictione persone. Et nulla alia persona audeat se removere de domo habitationis sue nec aliquem nec aliquos in domo sua accipere. Salvo si incendium oriretur in Civitate quod Deus avertat. Homines de contrata ubi fuerit ortum dictum incendium et illi de proximiori contrata possint ire ad dictum incendium destruendum cum armis videlicet scuto cervelerie vel capellina ferea securi ancino fereo et lancea sive lanzono. Alia autem arma secum deferre non audeant. Et qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum arbitrio dominorum Vicariorum debeat condempnari. Salvo quod campane Parochie ubi fuerit incendium possint sonari ad martellum et illi de contrata ubi esset incendium possint concurrere. Idem fieri dicimus in omnibus et per omnia si ex ipsorum dominorum Vicariorum parte fuerit exclamatum aut si dicti armati nunciis dictorum dominorum Vicariorum fuerint requisiti.

RUBRICA 15ª

De maxenatis bamnitorum.

Maxenate quoque predictorum bamnitorum de Civitate et districtu Mantue expellantur et perpetuo bamniantur et pro bamnitis habeantur et bona eorum seu res quas tenebant et possidebant deveniant in Comune Mantue. Maxinate quoque confinatorum ad confinia vadant suis dominis assignata.

RUBRICA 16ª

Quod bona bamnitorum sint Comunis Mantue.

Omnia quoque bona et res dictorum bamnitorum et qui de cetero bamnirentur sint Comunis Mantue et ad Comune Mantue pertinere intelligantur. Et quod requirantur Civitates que videbuntur pro Comuni Mantue ut ipsos bamnitos non recipiant nec teneant in Civitate vel districtu suo. Quod si non fecerint liceat sit Comuni Mantue consimile facere de suis bamnitis.

RUBRICA 17ª

De his qui steterint ad partes inimicorum vel participaverint cum eis.

Quicumque autem de Civitate vel districtu Mantue cujuscumque condictionis steterit vel stabit ad partes inimicorum Comunis Mantue vel bamnitorum seu cum eis participaverit habeatur bamnitus perpetuo. Et teneatur eciam inimicus Comunis Mantue. Et si habeatur puniatur realiter et personaliter arbitrio dominorum Vicariorum.

RUBRICA 18ª

De confinatis ad confinia constitutis.

Confinati quoque stare debeant ad confines et si discesserint perpetuo bamniantur et pro inimicis tractentur. Si quis autem extra confines datas in Civitate Mantue vel districtu receperit aliquem confinatum condempnetur quinquaginta lib. par. et plus arbitrio dominorum Vicariorum.

RUBRICA 19ª

Quod possessiones et bona que per bamnitos fuerint possessa dominorum Vicariorum intelligantur.

Possessiones quoque bona jurisdictiones et jura vel quasi et res quas tenuissent et possidissent vel quasi predicti bamniti vel confinati vel detenti pro parte et qui de cetero bamnirentur vel confinabuntur vel carcerabuntur et tempore quo exiverint Civitatem Mantue vel carcerati fuerunt ab inde citra intelligantur esse et fuisse ipsorum in eorum prejudicium et auxilium Comunis Mantue. Nec in hoc obstet aliqua alienatio que facta per eos reperiretur nec extimatio facta de ipsis rebus nec de aliis quas ab inde citra modo aliquo aquisivissent possit fieri venditio donatio in solutum dacio vel extimatio vel aliqua alienatio per ipsos Officiales Comunis Mantue nec instrumento nec in ultima voluntate nec aliter aliquo modo. Et si fierent seu hinc retro facta vel facte reperirentur irrite sint et casse et nullius momenti ita tamen quod presens statutum extendatur ad preterita tempora et futura salvis extimationibus factis per officiales Comunis Mantue in bonis Advocatorum et sue partis. Et insuper si quis officialis in solutum dederit contra formam hujus statuti sine licentia dominorum Vicariorum et si quis Notarius scripserit dandum in solutum de bonis bamnitorum et confinatorum predictorum puniatur arbitrio dominorum Vicariorum. Que omnia et singula valeant et teneant con-

tra omnes et singulos bannitos et carceratos Comunis Mantue pro parte. Et hec valeant salvis venditionibus et alienationibus factis et faciendis verbo dominorum Vicariorum. Et salvis alienationibus factis per dictos tempore quo habebantur amici et que vendite vel affictate non sunt debeant affictari vel vendi. Que alienationes facte et faciende per predictos tempore quo habebantur vel habiti sicut amici valeant et teneant non obstante predicto statuto dummodo possedissent habentes alienationes id de quo facta esset alienatio tempore quo predicti alienantes habebantur et tenebantur amici. Et predicta omnia et singula intelligantur et sint ad bonum et merum intellectum dominorum Vicariorum.

RUBRICA 20ª

De edificiis constructis super casamentis receptorum et mandata Comunis Mantue pro parte illorum de Ripa et Saviola.

Edificia quoque constructa olim per aliquos de bannitis vel confinatis super terreno alicujus de his qui venerunt vel recepti sunt ad mandata Comunis Mantue pro parte illorum de Ripa et Saviola de quibus sunt in tenuta et possessione vel quasi habent et tenent predicti de parte illa de Ripa et Saviola si sint amici Comunis Mantue sint et esse debeant eorum quorum sunt terrena et ipso jure cedant solo et terreno vel terrenis et in eis defendantur et manuteneantur per dominos Vicarios et Comune Mantue. Salvo quod hoc statutum non prosit qui sit bannitus vel confinatus pro aliqua parte aut qui non sit amicus Comunis Mantue fide et opere. Nec prejudicet alicui amico qui causam haberet ab aliquo qui edificasset vel qui jus haberet aliter in dictis edificiis de quibus si questio esset componant dicti domini Vicarii si partes non essent in concordia.

RUBRICA 21ª

Revocatio Statutorum factorum in favorem partis dominorum de Ripa et Saviola.

Item statuimus quod statuta vel reformationes loquencia in favorem partis illorum de Ripa et Saviola locum non habeant in aliqua sui parte sed quantum ad futura in omnibus et per omnia sint irrita et cassa et cauzellentur. Ita quod exinde nullus bamnitus nec alia persona ex vigore dictorum statutorum vel reformationum beneficium seu comodum aliquod possit consequi vel habere nisi secundum et sicut placuerit dominis Vicariis Mantue in quorum potestate et arbitrio remaneat et sit ut deinceps ad mandata vel graciam Comunis Mantue possint admittere et recipere universas et singulos quoscumque voluerint tam bamnitos quam alios. Aliter vero nulla persona possit admitti vel recipi pro aliqua parte vel alia causa ad mandata vel graciam Comunis Mantue Et si contrafecerit non valeat jure ipso Si qua tamen questio orriretur occasione presentis statuti arbitrio dominorum Vicariorum decidatur Et hoc statutum vires habere incipiat in MCCLXXXV indictione XII et deinde

RUBRICA 22ª

De verbo vulgari prohibito.

Item quod nulla persona cujuscumque condictionis audeat vel presumat dicere aliqua verba vel uti aliquo vulgari in dedecus in dampnum vel lesionem vel debilitatem dominorum Vicariorum vel Comunis Mantue nec eciam eorum que fecerint et confirmaverint iidem domini Vicarii Et qui contrafecerit puniatur realiter et personaliter arbitrio dominorum Vicariorum secundum qualitatem dicti vulgaris et condictionem persone Ita quod illud vulgare interpretetur ad voluntatem dominorum Vicariorum

RURICA 23ª

Quod domus bamnitorum deveniant in Comune Mantue.

Domus quoque predictorum bamnitorum veniant in Comune Mantue et affitentur vel de eis fiat quod placuerit dominis Vicarie et ipso jure sint Comunis Mantue. Item quod per dominos Vicarios deputetur unus officialis sicut ei placuerit super domibus bamnitorum in Comune Mantue deductis qui sas dabeat affictare et procurare et attendere ut non devastentur vel pejorentur per habitatores earum et si opus fuerit manuteneantur.

RUBRICA 24ª

De bamnis bamnitorum datis pro parte.

Preterea bamna data et dande occasione partis valeant et teneant quocumque modo data sint non obstante aliqua citatione vel alia sollempnitate omissa. Ita quod dicta bamna sollempniter data intelligantur nullo statuto nulloque consuetudine nec alio quod obstaret obstante sufficiat ei si solum nomen seu persone bamniti reperiatur scriptum in libro bamnitorum pro parte vel rebellione.

RUBRICA 25ª

Quod omnes bamniti cum filiis et descendentibus suis bamnitis et inimicis habeantur.

Omnes autem bamniti pro parte seu rebellione et omnes eorum filii que secum steterint tempore bamnorum eis datorum et a dicto tempore citra et omnes filii eorum et omnes eorum descendentes vel aliquo predictorum et uxores eorum et ceteri de sua familia intelligantur et sint bamniti perpetuo et habeantur pro inimicis Comunis Mantue.

RUBRICA 26ª

De inquisitione bonorum bamnitorum.

Inquisitiones bonorum bamnitorum nulla sollempnitate statutorum vel juris servata debeant inquirere et in Comune Mantue vel dominos Vicarios deducere diebus juridicis feriatis et sollempnibus omnes terras et possessiones et jurisdictiones et jura vel quasi occupata vel occupatas a die citra quo exiverunt Civitatem Mantue et que fuerunt bamnitorum Comunis Mantue pro parte seu rebellione vel ad eos pertinerent cum fructibus et reditibus perceptis et qui percipi potuerunt bamniendo et bamna imponendo et exigendo et procedendo realiter et personaliter contra occupantes et contra detinentes et eorum heredes et bona et detentores ipsorum bonorum. Et si aliqua persona requisita fuerit ut dimittat aliqua bona que tenet de bonis bamnitorum pro parte nec intra triduum verbo et opere dimiserit penam incurrat applicandam Comuni arbitrio dominorum Vicariorum inspecta negocii qualitate. Salvo semper exectione detentorum et fructuum et redditum ut superius continetur. Et predicta omnia et singula intelligantur et sint ad bonum arbitrium dominorum Vicariorum. Addimus quod si res aliqua vel mobilis pronuncietur in Comune Mantue vel auferetur alicui per inquisitores bonorum bamnitorum vel per alium ad hoc deputatum vel deputandum is cujus res pronunciata est vel ablata sine libello juris ordinario modo predicto habeat et habere debeat regressum de evictione ac si res per libellum et jure ordinario et per sententiam legittime latam esset evicta et extra ordinem et eodem modo eidem subveniatur per eundem officialem captis pignoribus persona detenta et mulcta indicta donec eidem integre fuerit satifactum. Et habeat locum in presens preteritis et futuris.

RUBRICA 27ª

Quod res bamnitorum et persone sint capiencium.

Item quod res et persone bamnitorum seu inimicorum fiant et sint capientium Salvo quod si Comune Mantue voluerit aliquem

de bamnitis captis possit eum habere pro X. lib par. si fuerit milles ille captus si vero pedes pro C. sol. par Alium quoque inimicum possit habere pro tanto precio pro quanto revera ille inimicus se vellet redimere vel alter pro ipso capto habendo vellet ei dare. Salvo tantum in predictis si talis inimicus vel bamnitus caperetur occasione exercitus vel cavalcate pro Comuni. Que res et persone sint Comunis Mantue.

RUBRICA 28ª

Quod nemo alleget contra statuta facta vel facienda contra bamnitos et rebelles.

Item quod contra predicta statuta vel alia facta contra bamnitos confinatos vel in debitatem ipsorum statutorum vel alicujus eorum nemo debeat allegare vel dicere in pena persone et rerum arbitrio dominorum Vicariorum.

RUBRICA 29ª

De armis districtualium Mantue.

Habitantes in castris et villis ubi sunt Fortalicia compellantur per dominos Vicarios Mantue habere ante Kalendas may singulatim talavacium et singulam mascharam vel capellum feri et illa arma tenere. Et quodlibet caput domus de insula sancti Benedicti et Guberuoli et Insule Reveri et a Scorzarolo inferius et ab utraque parte Padi et terre Quistelli habeat unum archum cum apparatu XXV pillotorum et infra duos menses regiminis compellantur ad hec.

RUBRICA 30ª

De capitibus familiarum Civitatis et districtus Mantue requirendis.

Capita familiarum et suburbiorum Mantue per societatem reducantur in scriptis prout Sapientibus videbitur et omnes persona

habentes bona per se ad hoc ut extimatum si necesse fuerit melius fieri possit et onera imponenda quilibet sentiat si placuerit dominis Vicariis. Et etiam reducantur in scriptis prout melius fieri poterit capita famiiarum et omnium habitantium in villis ad hoc ut inter villas gravamina melius dividentur et fiant omni anno. Salvo quod inventio capitum seu lariium villarum duret donec iterum scribeatur de novo non obstante quod aliquis interim relinquat habitationem ville in qua scriptus fuerit. Et provideatur per Sapientes ad resistendum ne capita familiarum vel debentium facere cum villis nec cum Civitate celentur.

RRUBICA 31ª

De prohibitione tractatuum pacis cum Comitibus S. Bonifacii.

Ad manutenendum bonum statum Civitatis Mantue precise statuimus quod aliqua persona magna vel parva Ecclesiastica vel secularis non audeat vel presumat dicere vel tractare modo aliquo nec verbum dicere aliquid movere de pace seu treguis inter Comune Mantue et homines Mantue et comitem sancti Bonifacii et ejus sequaces vel aliquid aliud movere vel tractare in fraudem predictorum nostras sive forensis fuerit sive cujuscumque fuerit condictionis. Et qui in aliquo contrafecerit caput ei debeat amputari.

RUBRICA 32ª

De prohibitione tractatus cum inimicis.

Statuimus quod nemo laborare vel laborari facere possit aut audeat aliquas terras seu possessiones in illis partibus in quibus alie persone non laborant vel laborare non audeant propter guerram. Item dicimus quod nemo vadat vel mittat in illis partibus ad pasculandum vel ad conversandum. Et qui contrafecerit puniatur arbitrio dominorum Vicariorum qui habeant arbitrium liberum cognoscendi seu procedendi et condempnandi suo arbitrio quemlibet facientem. Ville quoque de districtu Mantue non debeant

stare nec esse in fidanciam cum inimicis Comunis Mantue et si que steterint comburantur. Item si quis laboraverit in partibus ubi vicini laborare non audeant habeantur ille vel illi pro inimicis mortalibus Comunis Mantue nullo statuto preciso vel non preciso obstante.

RUBRICA 33ª

De parte bonorum assignandorum eorum qui recesserint a mandatis.

Statuimus quod si aliquis habens patrem de cetero ruperit confinia sibi data vel danda vel bamnitus fuerit pro parte bona patris ipsius qui confina ruperit taliter dividantur. Videlicet quod si habuerit tantum unum filium duas partes bonorum suorum et filius terciam partem debeat habere. Si vero plures habuerit quodcumque sint pater medietatem habeat et ceteri filii sint bonorum medietatem habituri ere tantum alieno deducto. Si vero emancipatus fuerit filius sibi parte assignata pater partem aliam sibi assignare minime teneatur. Et Comune Mantue in dictis bonis accipiat partem illius qui confinia ruperit vel bamnitus pro parte fuerit in omni tam mobili quam immobili ad ipsum Comune pro ejus inobedientia vel bamno contingento.

RUBRICA 34ª

De arbitrio dominorum fratrum de Bonacolsis Vicariorum.

Statuimus quoque omnia et singula et reformationes dominorum Vicariorum et Comunis Mantue intelligantur et sint ad bonum et purum arbitrium et intellectum et interpretationem ipsorum dominorum Vicariorum. Et si dicti domini Vicarii nollent interpretari per se possint habere de sapientibus partis quos habere voluerint et in qua quantitate voluerint qui possint interpretari predicta sicut eis videbitur non obstante aliquo statuto vel jure Comuni vel alio quod obstaret. Et hoc locum habeat in statutis et reformationibus factis et faciendis.

RUBRICA 35ª

De matrimonio.

Item statuimus quod matrimoniorum et sponsalium prohibitorum statutum olim factum sit irritum et innane et nullius valoris et destruatur et tollatur omnino. Et quilibet obediens Comuni Mantue in Civitate aut districtu Mantue habitans possit sponsalia et matrimonium contrahere cum unoquoque condictionis ejusdem dummodo sint in concordia contrahentes. Et qui matrimonia et sponsalia hinc retro facta contra formam statuti predicti et alterius cujuslibet eis non obstantibus legittime facta intelligantur auctoritate presentis statuti. Et condempnationes et bamna et brige alique contra eos qui hujusmodi matrimonia et sponsalia contraxisseut olim publicata et facta de eis vel data ipso jure nullius sint momenti nec de ejus vel eorum occasione ullo tempore inquietentur. Sed omnis scriptura de dictis bamnis et condempnationibus predictorum olim facta canzelletur et irritetur et canzellata et irrita ipso jure hinc intelligatur. Salvo quod nulla persona possit sponsalia celebrare vel matrimonium contrahere cum aliquo bamnito vel confinato Comunis Mantue aut filio aut filia alicujus bamniti vel confinati sine expressa licentia dominorum Vicariorum sub pena et bamno averis et personarum arbitrio dominorum Vicariorum contrafacientibns auferendis. Preterea nulla femina de aliquo cassali magno restituta vel restituenda vel sponsalia contrahere nisi subeunti et cum subeunte onera et factiones cum Comuni et hominibus Mantue et nisi prohabita licentia vel alterius eorum dominorum Vicariorum et de ejus voluntate. Et quecumque contrafecerit vel contrafecisset non restituatur nec restituta intelligatur eciam si restituta esset. Item quod statutum loquens quod suspecti vendere non possint vel alienare et quodlibet statutum per quod impediatur venditionem vel alienationem fieri de terris et possessionibus suis cuilibet persone subeunti et faciendi onera et factiones cum Comuni et hominibus Mantue et que sit de jurisdictione Comunis Mantue tollantur et removeantur et irritentur et sublata et remota ipso jure intelligantur et sint. Et quelibet persona possit nullo obstante vendere alienare donare

terras suas et possessiones vel quasi unicuique persone subeunti et facienti onera et factiones cum Comuni et hominibus Mantue que sit de jurisdictione Comunis Mantue. Item addimus et statuimus quod nulla persona possit mittere cum aliqua sponsa cum vadit ad maritum nec ipsa sponsa secum ducere ultra sex brumulas nec ex latere sponsi possint esse receptioni sponse vel nuptie ultra XII mulieres ultra familiam sponsi banno X lib. pro qualibet muliere habita ultra dictam quantitatem quam penam solvere teneatur mittens de dote sponse detrahendam. Et similiter sponsus unusquisque pro suo facto ut dictum est. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni et teneatur secretus. Et habeat locum hec adjectio MCCCX indictione octava tertio februarii et deinde. Item venditiones et donationes quomocumque olim facte subeunti et facienti onera et factiones cum Comuni et hominibus Mantue de jurisdictione Comunis Mantue intelligantur fore legitime non obstante quod prohibite fuerint per dictum statutum olim nec de jure nec de facto possit infringi ratione dicti statuti vel alicujus alterius. Salvo tamen quod nullus confinatus Comunis Mantue ubicumque sit extra Civitatem Mantue confinatus possit vendere vel alienare nec eciam emere vel adquirere ab aliquo confinato per modum aliquem aliquam rem immobilem in Civitate aut districtu Mantue positam nec aliqua persona possit emere vel adquirere ab aliquo confinato nec eciam vendere vel alienare per aliquem modum alicui confinato aliquam rem mobilem in Civitate vel districtu Mantue positam. Et si fuerit contrafactum in aliquo vel non servatum venditio alienatio emptio et adquisitio talis rei sit irrita et non valeat ipso jure. Et insuper talis res vendita vel altercumque alienata empta vel adquisita deveniat et devenisse intelligatur ipso facto in Comune Mantue et sit Comunis Mantue. Salvo quod confinati et banniti non possint vendere vel alienare de bonis suis sine licentia dominorum Vicariorum vel alterius eorum.

RUBRICA 36ª

De domibus non destruendis

Item quod occasione partis sive delictorum et culparum partis vel que contra partem ascribi possent nec eciam occasione ali-

cujus maleficii vel delicti domus alique cujuscumque in Civitate Mantue non diruatur vel destruatur. Sed domus remaneant et stent et adjudicentur tantum Comuni Mantue et sit Comunis Mantue in casu sic requirente et ubi destrui deberent affictentur pro Comuni Mantue aut concedatur alicui ad habitandum ut videbitur pro honore et utilitate Comunis Mantue. Et valeat in MCCLXXXXI die Veneris septimo decembris et deinde.

RUBRICA 37ª

Bamna et ordinamenta super facto milicie et pro populo

Statuimus quod quilibet miles Civitatis Mantue cui facta est impositio equorum teneatur et debeat personaliter equitare quociens campana militum sonuerit vel fuerit preconsatum ex parte domini Potestatis Et qui contrafecerit solvat pro bamno qualibet vice in pecunia numerata C. sol. par. Itam quod cum sonuerit campane militum pro equitando quilibet confanonerius milicie et districtores et consiliarii cavalarie ante inceptum tercium sonum campane teneantur venire cum vexillo et cum equis et armis ad portas palacii veteris Comunis Mantue et quilibet contrafacientes condemnentur in pecunia numerata qualibet vice in XX. sol. par. Et si dominus Potestas exiverit portas Civitatis Mantue Confanonerii et districtores et consiliarii qui tunc non erint cum eo condempnentur in XL. sol. par.

Item quod quilibet miles Civitatis Mantue cum sonuerit campane ad equitandum de die vel de nocte ante finitum tercium sonum campane debeat exivisse extra portas Civitatis per quas dominus Potestas equitaverit Et qui contrafecerit solvat pro bamno in pecunia numerata qualibet vice XX. sol. par. Et si reversus fuerit ante de cavalcata quam milicia revertatur habeatur et condempnetur ac si in cavalcata non fuisset

Item quod cum milicia equitaverit nullus miles eundo vel redeundo vel stando audeat vel presumat stare post penellos guardascheras si dicti penelli fuerint constituti Et qui contrafecerit solvat pro bamno in pecunia numerata qualibet vice XX. sol. par.

Item quod quilibet miles teneatur et debeat habere in qualitate, cavalcata et exercitu panceriam gamberias vel schincherias

colare cirothecas feri capellinam vel capellum feri cimum et lanceam scutum et spatam sive spatonum et cultellum et bonam sellam ad equum ab armis et bona cerveleria. Quilibet contrafaciens condempnetur in pecunia numerata vice qualibet et pro quolibet dictorum armorum et sella non habencium in XX sol. par. Salvo quod pro cirothecis X. sol par. et spata sive culpo V. sol. par. Et totidem pro cavalcaribus. Item quod nullus miles in cavalcata Comunis cum fuerit extra Civitatem vel burgos eundo vel redeundo audeat vel presumat preterire vexilla milicie vel banderias domini Potestatis. Et qui contrafecerit solvat in pecunia numerata qualibet vice XX. sol. par. Item quod postquam militia Mantue fuerit ascherata nullus audeat vel presumat separare se de scherdis in quibus fuerit ordinatus sine licentia. Et qui contrafecerit puniatur in avere et in persona ad arbitrium domini Potestatis.

Item si contingeret quod milicia Mantue cum inimicis pervenerit ad prelium nullus confanonerius debeat recedere de prelio nec in fugam se ponere nec declinare vexillum. Et confanonerius qui contrafecerit capite puniatur et equus et ejus arma comburantur nec in perpetuum heredes sui et descendentes possint esse in aliquo officio vel honore Comunis Mantue. Et si habere non poterit bamniatur perpetuo ipse et ejus heredes et ejus domus veniant in Comuni. Et reliqua ejus bona Comuni Mantue publicentur et in Comuni perpetuo debeant remanere. Et quilibet alius miles qui de dicto prelio recederet puniatur in avere et persona arbitrio domini Potestatis.

Item quod quilibet miles teneatur in propria persona equitare nec aliquem pro se in cavalcatis mittere sine licentia domini potestatis et tam miles qui miserit aliquem quam qui missus fuerit condempnetur arbitrio domini Potestatis. Salvo et reservato quod filius nepos habiaticus et fratres illius cui equi vel equorum impositio facta fuerit possit equitare pro illo cui fanta fuerit impositio. Et hoc cum licentia domini Potestatis. Hoc addimus quod scutiferi qui equitaverint pro aliquo in aliqua cavalcata capilli usque ad auriculas debeant retondari et veniat per terram ligatus de loco ubi erit usque Mantuam.

Item quod nullus audeat vel presumat facere rixam vel rumorem elevare vel facere ferutam in exercitu cum cavalcata et qui contrafecerit puniatur arbitrio domini Potestatis in avere et persona inspecta negocii qualitate et condictione persone.

Item quod nullus miles nec aliquis alius qui cum milicia fuerit audeat trahere frenum in cavalcata de capite et ore equi. Et qui contrafecerit quolibet vice condempnetur in XL. sol. par.

Item quod alicui militi vel altori qui teneatur facere cavalcatas Comunis Mantue sive pro se sive pro altero datum fuerit vexillum zappatorum vel balesteriorum nihilominus predictus equitare teneatur quociens milicia equitabit. Confanonerius autem Populi non intelligatur debere equitare nisi cum Populo.

Item quod si aliquis ceperit aliquem perpetuo bannitum qui sit bannitus pro parte vel aliquem inimicum Comunis quod ea die vel sequenti teneatur designare domino Potestati vel ejus familie et in forcia Comunis reducere. Et qui contrafecerit condempnetur in CC. lib. par. et plus et minus arbitrio domini Potestatis inspecta qualitate persone et condictione negocii.

Item quod quilibet de Populo Mantue etatis XVIII annorum usque ad LXX teneatur ire in exercitibus et andatis Comunis quociens sonuerit campana Populi vel preceptum fuerit per dominum Potestatem quod ire debeat in aliquam partem et ad terminum qui per dominum Potestatem fuerit assignatus. Et qui contrafecerit pro banno solvat Comuni XL. sol. par. in pecunia numerata et plus arbitrio domini Potestatis.

Item quod quociens campana Populi sonuerit vel dominus Potestas precipi fecerit quod illi de Populo ire debeant in aliqua parte Confanonerii cum suis Confanonis et capita societatum cum omnibus suis sociis debeant ire in omnibus partibus ad quas preceptum fuerit per dominum Potestatem vel ejus nuncios. Et qui contrafecerit puniatur in XL. sol. par. et plus arbitrio domini Potestatis. Et hoc intelligatur tam de Confanonerius Populi quam societatum.

Item quod Confanonerii Populi et Confanonerii societatum et capita societatis et universus Populus societatis Civitatis campana pulsata vel eis precepto facto per dominum Potestatem vel nuncios ejus exire debeant Civitate et dominum Potestatem et ejus Iudices et nuncios sequi et ire ad locum ad quem preceptum fuerit per dominum Potestatem vel ejus nuncios. Et qui contrafecerit puniatur in XL. sol par. et plus arbitrio domini Potestatis.

Item quod tota milicia popularis et balesterii Mantue et vicinarum per Comune et divisim sicut domino Potestati placuerit teneantur et debeant sequi dominum Potestatem vel ejus nuncium ad voluntatem domini Potestatis de die et de nocte et in quo voluerit per terram et aquam et ad eum sonum et signum quod

ordinatum fuerit vel fecerit fieri vel sine sono et signo dum preceptum fuerit per dominum Potestatem cum bonis armis et maxime cum zuppono capello ferreo spata lanzia sive manaria et scuto. Et qui saltem dicta arma non habuisset nihil implevisse intelligatur. Et contrafaciens condempnetur qualibet vice in pecunia numerata arbitrio domini Potestatis

Item quod nullus milles Mantue et districtus cui impositus est eqnus vel equa pre Comuni seu de cetero imponeretur quod dictum equum vel equam non debeat facere marescalcari de aliqua mariscalcia per quam posset impediri cavalcare in cavalcatis faciendis pro Comuni Mantue sine licentia domini Potestatis. Et si quis contrafecerit puniatur arbitrio domini Potestatis nec inanpor excusetur nec se posset excusare a predictis cavalcatis causa predicta Et quod marescalcus qui dictum equum vel equam marescbalciret condempnetur qualibet vice XL sol par. et plus et minus arbitrio domini Potestatis. Et idem intelligatur de cavalcatoribus.

Item quod quicumque cui impositus est eqnus pro Comuni Mantue qui non iverit in dictis cavalcatis occasione equi vel eque sibi impositi vel imposite qui se excusare voinerit occasione equi infirmi seu magati teneantur dictum equum vel equam representare ad portam Palacii domini Potestatis vel suo Iudici et suam exusationem facere antequam redeat de cavalcata. Qnod si non fecerit nullo excnsatio admittatur.

Item quod nullus miles vel cavalcator cum dominus Potestas rediaret de cavalcata separare se debeat a vexillis donec dominus Potestas fuerit ad Palacium. Et qui contrafecerit puniatur in X. sol. par. qualibet vice et plus et minus arbitrio domini Potestatis. Et omnia predicta bamna statuta et pone supradicte intelligantur ad intellectum et interpretationem domini Potestatis hoc arbitrio in se retento quod plus et minns possint condempnari predictis casibus ad voluntatem snam inspecta qualitate negociorum et condictiona personarum comitencium predicta.

RUBRICA 38ª

De sacramento Ancianorum.

Anciani jurabnnt et eorum officium erit manutenere et conservare nobiles dominos Raynaldum et Botironum fratres de Bo-

nacolsis Mantue Vicarios in suis Vicariatibus et omni suo jure et jurisdictione et quasi et eorum honores et jura et quasi jurisdictiones augere intreytus Comunis Mantue augmentare et ejusdem Comunis sumptus et expensas diminuire utilitatem reipublice privatorum comodis anteponere intendere et operam efficacem dare quod ludi et biscacie in Civitate et districtu Mantue non fiant. Quidequid inter eos dictum examinatum aut reformatum fuerit secretum tenere et nullis propalare si eis comissum fuerit secretum retineri. Quociens campana que sonat pro Ancianorum congregatione sonuerit se ad locum eis constitutum congregare. Violencias prohibere et illatas corrigere. Intendere ne damna dentur in vineslibus infra tria miliaria neque in aliqua parte districtus Mantue. Quicquid eis vel alicui eorum per dictos dominos Vicarios dictum fuerit aut litteris vel nuncio eis vel alicui eorum ex parte ipsorum dominorum Vicariorum mandatum aut relatum fuerit bone fide sine fraude celeriter adimplere et executioni mandare et mandari facere statuta predicta dominorum Vicariorum et Comunis Mantue facta et faciende attendere et observare bona fide sine fraude dictis dominis Vicariis. Super his que coram eis vel aliquibus eorum exposuerit consilium exhibere atque eciam super his que ipsi faciende inter se examinabunt fidele consilium impertiri. Item quod Anciani vel aliqui eorum Civitatem et districtum Mantue non exibunt sine licentia ipsorum dominorum Vicariorum. Salvo semper et reservato in omnibus et per omnia arbitrio et plenitudine ipsorum dominorum Vicariorum.

RUBRICA 39ª

De oblatione ad reverentiam Sanguinis Christi.

Ad honorem et reverentiam Sanguinis Christi qui divina misericordia nobilibus viris dominis Raynaldo et Butireno fratribus de Bonacolsis Vicariis Mantue et amicis suis in Kalendis Iulii anni domini MCCIC indictione XII in Civitate Mantue plenam victoriam contulit contra inimicos suos statuendum duximus et firmandum quod omni anno in Ecclesia sancti Andree in Kalendis Iulii una missa ob cultum divinum alta voce debeat celebrari pro Comune Mantue et de avere Comunis Mantue fiat oblatio valitura usque ad quantitatem quinquaginta lib. Mantue par. quam quantitatem Massarius Comunis Mantue anno quolibet solvere teneatur.

RUBRICA 40ª

De debitis bamnitorum devolvendis in Comune Mantue.

Statuimus et ordinamus quod omnia et singula debita bamnitorum pro parte per Inquisitores bonorum bamnitorum in Comune Mantue reducantur. Et si alicui solventi Comuni Mantue postea extra Civitatem questio vel controversia moveatur occasione predicta Comune Mantue teneatur mittere syndicum vel ambaxatorem ad illum locum ubi hujusmodi vel ejus res impediretur qui expensis Comunis Mantue predicta faciat expedire. Et si contigerit quod causa sive placitum aliquod fieret contra talem personam singularem vel contra res ejusdem ordinetur de mandato dominorum Vicariorum per talem personam legittimus procurator qui expensis Comunis Mantue in loco ubi litigium fiet debeat eum et res suas modis omnibus defendere quibus poterit fieri. Nec in Civitate vel districtu Mantua vel per aliquam personam singularem impediatur hujusmodi debitor qui sic solverit Comuni Mantue sed dominus Vicarius et Comune Mantue teneantur et debeant talem causam suam et eam in se suscipere expensis Comunis Mantue. Et talis debitor qui sic solverit sit a debito totaliter liberatus.

Item quod fiat syndicus legittimus per Comune Mantue qui vocet sibi solutum et satisfactum a tali persona debitore sic solvente. Et promittat vice Comunis predicti solempni stipulatione de conservando talem debitorem sic solventem indempnem ab eo creditore cui tenebatur omnibus expensis ipsius Comunis. Et massarius teneatur et debeat talem pecuniam recipere et in introitu scribi facere Massarie Comunis Mantue. Ipsa namque statuta lecta et vulgarizata in publico et generali Consilio Comunis Mantue more solito super Palatio veteri ipsius Comunis Mantue congregato firmata et reformata fuerunt et concorditer per ipsum consilium generalem die jovis V. novembris MCCIC. indictione XII.

RUBRICA 41ª

De debitis confinatorum et bamnitorum quando ipsis debetur aliquid devenendis in Comune Mantue.

Statuimus et ordinamus quod si qua persona vel persone erit vel erunt debitrix vel debitrices alicujus confinati vel bamniti

pro parte pro Comuni Mantue qui confinatus vel bamnitus aliquid debeat Comuni ex aliqua causa Comune Mantue et officiales Comunis ipsius possint compellere talem personam vel personas sicut debentes tali confinato vel bamnito solvere Comuni eidem quicquid talis confinatus vel bamnitus solvere teneatur Comuni predicto usque ad quantitatem Comuni Mantue debitam vel infra si in minori quantitate teneatur talis persona ipsi confinato vel bamnito et Comune Mantue expensis ipsius talem personam sic solventem teneatur et debeat conservare indemnem a creditore suo et a qualibet alia persona occasione debiti sic soluti et talis persone que sic solverit intelligatur et sit ipso jure a debito absoluta et totaliter liberata. Et si qua persona litem vel questionem aut controversiam moveret vel movere vellet tali persone que sic solverit per Comune et officiales Mantue non audiatur sed repulsam paciatur. Et hoc locum habeat in preteritis presentibus et futuris.

RUBRICA 42ª

De nautis et navibus debentibus arivare ad portum et de ordine navium.

Item quod aliqua navis magne vel parva arivare non debeat ad aliquem portum vel ripam Civitatis Mantue a tercio sono campane Comunis que pulsatur de eo in antea nec eciam dividere seu movere se a ripa vel aliquo portu Civitatis Mantue ab ipso tercio sono campane que pulsatur de sero per Comune Mantue usque ad campanam diei que pulsatur pro Comuni Mantue et qui contrafecerit arivando vel removendo vel dividendo se a ripa vel contra predicta faciendo solvat Comuni Mantue nomine pene C. sol. par. pro quolibet et qualibet vice. Item quod nulla persona audeat vel presumat deducere in Civitatem Mantue vel de Civitate Mantue extrahere aliquam personam post dictum tercium sonum campane Comunis que pulsatur de sero usque ad sonum campane diei. Et qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum condempnetur XXV. lib. Mant. par. pro quolibet et qualibet vice et navis insuper comburatur et quilibet qui conduceretur in Civitate vel extraheretur foras de Civitate condempnetur in

C. sol. par. qualibet vice et plus arbitrio dominorum Vicariorum considerata negocii qualitate et condictione persone. Salvo quod piscatores piscantes in lacu Comunis Mantue et Sprocani possint ire per lacum Comunis Mantue de nocte et redire hoc modo. Videlicet quod ipsi piscatores et sprocani faciant se scribi coram domino Potestate et faciant securitatem de non portando aliquam personam extra Civitatem Mantue et de non conducendo aliquam personam in navi in quam ibunt vel aliquis ipsarum in dictis horis interdictis et de non ponendo de uno loco in alium aliquam personam et de non apportando aliquid in navi sua contra formam statutorum Comunis Mantue sed solum debeant intendere ad faciendum suas artes nec arivare debeant alicubi nisi ad locum unde acceperint navim suam. Et qui contrafecerit in predictis solvat pro bamno XXV. lib. par. quolibet et qualibet vice et navis insuper comburatur. Salva semper majori pena super predictis et quolibet predictorum et plus secundum quod domino Potestati videbitur in ejus arbitrio remaneat de faciendo sicut crediderit convenire considerata negocii qualitate et condictione persone. Quelibet persona debeat teneri navem incattenatam vel sic ligatam quod non possit accipi ipsa navis. Nec aliqua persona debeat dimittere aliquem remum vel furculam in navi nec aliquid aliud propter quod possit navigari ipsa navis. Et qui contrafecerit solvat pro bamno C. sol. par. pro quolibet et qualibet vice et plus ad arbitrium domini Potestatis considerata negocii qualitate et conditione persone salvo quod in navibus magnis possint stare remi sed ille cujus fuerit navis teneatur et debeat sic facere et procurare quod aliquis remus de navi sua removeri vel accipi aliquo modo non possit. Et qui contrafecerit debeat solvi pro bamno C. sol. par. pro quolibet et qualibet vice. Additum est quod quelibet navis que portare possit pondus decem plaustrorum et ab inde supra possit manere non catenata aut ligata. Additum quidem quod dicte naves bulleantur et sciatur quanti ponderis sit quelibet navis capax ultra decem plaustra.

Finis Libri Sexti

Note al Libro Sesto.

ALLA RUB. 1ª — Quasi tutte le prime trentacinque rubriche di questo libro sembrano scritte poco dopo all'anno 1299, nel quale i vicarii Rinaldo e Bonaventura erano stati investiti di autorità illimitata et quasi arbitraria. La prima poi sopra tutte appalesa la bassa servilità a cui si era chinato il comune verso i Bonacolsi, perchè costoro eletti da popolo costantemente devoto alla fede dei guelfi qui si dichiararono *vicarii del sacro Romano impero* e riconoscenti *omnem baylam* prima dal *serenissimo imperatore Enrico*, poi dal comune (1). *Bayla* infatti significava pienezza di podestà; onde in una carta Senese *balitor* al 1151 fu detto colui che teneva la autorità suprema di governare. Ed il Mantovano Aliprandi scrisse (2) che l'augusto Ottaviano volendo

Rimunerar li suoi Cavalieri

deliberò

Di case e possessione darli balla

nel senso di padronanza assoluta; e narra che così accadde anche nel Mantovano delle terre possedute allora dal poeta Virgilio (3).

---

(1) Anche alla rub. 18ª del libro V costoro sono nominati *Vicarii D. Imperatoris et Comunis Mantue.*

(2) Appresso al MURATORI; *Antiq. Ital. med. aevi.* T. v, col. 1070; *Cronic. Mant.* cap. III.

(3) Il senso dello statuto, pare a noi, che confermi ragionevole il significato attribuito alla voce *bayla*, sebbene il MENAGIO ed il DU-CANGE derivandola da *bajulus*, parola di bassa latinità, l'abbiano spiegata a *tutore*; e giusta tale significato anche in Mantova pur oggi si usa nominar *balia* la nutrice, e così, come scrisse il CHERUBINI, (*Vocab. Mant. Ital.* op. cit.) *balot chiamasi dal balio e dalla balia il fanciullo e la fanciulla dati loro a balire. Corrisponde al francese nourrisson.*

Ponendo poi mente anche solo a due dei privilegi concessi nella rub. 1ª ai vicari appariscono quei soli sufficienti a sconvolgere le basi su cui era stato fondato il comune, ed a togliere al popolo la libertà che da due secoli aveva con tanto amore procurata e difesa. Primo di quelli è la podestà loro attribuita di spogliare le assemblee popolari del sacro diritto di deliberare intorno a negozii di stato, secondo il concedere libertà ai vicari di muovere guerra e convenir pace all'esterno, e di disporre all'interno dei beni comunali e perfino *illos recipiendi, habendi et retinendi*. A tal modo il governo del popolo spodestato dei precipui diritti dei quali era stato investito, il nome di comune che vi si mantenne venne a risolversi in fatto poco meno che ad aperta ironia. Pare anzi che i Mantovani rilevassero la profondità del precipizio cui forse erano stati costretti inchinare, se vollero almeno serbata aperta una via per la quale, data l'opportunità, potessero rivendicare la pienezza di tutti i loro diritti. Ciò diciamo, essendo scritto alla rubrica 1ª *hoc statutum valeat et teneat toto tempore Vicarie D. Raynaldi et D. Botironi*; onde quelle concessioni furono loro accordate personalmente ed a tempo. Da questa savia previdenza non ne seppero però trarre frutto i cittadini che elessero a lor capitano Giovanni Francesco Gonzaga, perchè costoro non solo confermarono a lui autorità suprema, ma ancora *ejus filiis et descendentibus legittimis et naturalibus, seu his ab ipso domino expresse legittimatis et habilitatis*.

Le varie rubriche di questo libro offrono indizii ad argomentare che i Mantovani fossero stati consigliati ad accentrare il potere nei loro vicarii dalla persuasione che con tale mezzo soltanto avrebbero potuto trovar rimedio a combattere le ostinatissime guerre civili che da tempo si agitavano e che il comune ed il popolo non erano riusciti mai a vincere interamente. In quelle rubriche infatti si contengono leggi dirette ad assicurare ai Bonacolsi autorità larga ed indipendente, ma al fine chiaramente espressovi che coll'esercizio di quella potessero e dovessero punire i faziosi, ed impedire ad altri il concitare nuove discordie intestine o muoverasi a ribellione. Così fu prescritto: 1° — Che ogni cittadino giurassa mantenere inviolabili ed integri *jura et honores*, dei quali erano stati investiti i vicarî (rub. 2ª). 2° — Che chiunque attentasse informare il potere di questi fosse reo di morte (rub. 8ª). 3° — Che ad egual pena si condannassero coloro che eccitassero altrui macchinazioni non le avessero subito rivelate ai

vicari (rub. 9ª) (1). 4ª — Che fosse dichiarato ribelle chi, secolare od ecclesiastico, *infamasse* con parole o con atti le azioni esercitate dai Bonacolsi (rub. 10ª). 5° — Che suonata campana *ad martellum* i magistrati e le milizie accorressero alle case dei vicarii e servissero loro ad ajuto e difesa (rub. 14ª) 6° — Che gli stessi vicarii potessero interpretare e riformare le leggi giusta la loro volontà e criterio (rub. 34ª). 7ª — Che fosse posta gran cura *ad destructionem bannitorum pro parte*, qualunque fosse stata l'intenzione da cui questi fossero stati mossi (rub. 4ª). 8° — Che non solo i ribelli, ma ancora i loro discendenti si tenessero per sempre *banniti* senza rispetto a concessioni indulgenti fatte prima a loro prò (rub. 5ª). 9° — Che i parenti *bannitorum* non ne reclamassero ragione per giustizia, non ne impetrassero favore per grazia, e neppure ne richiedessero notizie a mezzo di nunzii o di lettera (rub. 6ª). 10° — Che fosse vietato ai parenti *confinatorum* mantenere relazione con questi senza prima averne ottenuto speciale permesso dai vicarii (rub. 7ª). 11° — Che le terre confiscate *bannitis pro parte* si possedessero dai Bonacolsi (rub. 19ª). 12° — Che i contratti stipulati *ab illis qui confinati fuerint a die Kalendarum julii citra* 1299, sebbene *ante confinia data* si avessero a dichiarare nulli e senza effetto; al che fu aggiunto *salvo tamen quod in favorem creditoris et prejudicium debitoris confinati valeat* (rub. 12ª).

Abbiamo accennato che il comune potesse essere disceso a stabilire siffatte leggi vincolanti le libertà individuali ed i diritti civili del popolo, da che altre più rette od anche più miti promulgate da prima furono riconosciute impotenti ad impedire lo sviluppo di nuove e feroci fazioni. Pensiamo che tali leggi fossero state quelle (sebbene in alcuna parte dippoi riformate dai Bonacolsi) descritte alle rubriche 15,ª 16,ª 17,ª 18,ª 23,ª 24,ª 25ª e 27,ª per le quali sebbene i ribelli, i loro figli, nepoti ed aderenti fossero condannati ad esiglio ed a confisca dei beni, questi però si devolvevano ad utilità dello stato e non ad accrescere ricchezza ai vicarii Et ancora le altre alle rubriche 33.ª 40ª e 41,ª

(1) Egualmente poi il capitano Gonzaga senza punto far calcolo ad onestà naturale, a relazioni d'affetto, a vincoli di sangue che potessero ragionevolmente trattenere da delazione uomini retti comandò che *omnes qui non revelaverunt delinquentem crimine lesæ majestatis seu sedictionis contra statum Magnifici D. Capitanei Mantuæ, capitis puniantur.*

nelle quali traspaiono sensi più conformi a giustizia di quelli che si rilevano nelle altre posteriormente compilate dai Bonacolsi. Fu quindi prescritto che la confisca dei beni fosse pena applicabile *bannitis pro parte* ed a chi *ruperit confinia sibi data;* ma non già ai loro parenti (rub. 33ª). Che il comune subentrato a tal modo nei diritti possessorii dei confiscati potesse esigere bensì il denaro a questi dovuto da debitori (rub. 40ª), ma ancora fosse obbligato a soddisfare ai loro creditori quanto essi avevano promesso (rub. 41ª). Tanto almeno pare a noi che si abbia ad intendere dallo statuto medesimo (rub. 41ª) *de debitis confinatorum et bannitorum quando ipsis detur aliquid, deveniendis in comune Mantue*, stato promulgato al 5 novembre del 1299 dal Podestà Lapo degli Uberti, avutane approvazione *a generali et publico consilio Comunis Mantue.*

Le leggi già riformate dai Vicarii si mantennero dippoi dal capitano Gonzaga, che nel farle eseguite si attenne a tanta severità di procedere da rendere più triste la condizione degli infelici *confinati* per concepiti sospetti o per opinioni da loro manifestate contrarie al governo. Infatti colui lamentando che nei cittadini fosse venuto a destarsi il sentimento di carità che li muoveva a soccorrere i *confinati*, comandò che chiunque a questi desse denaro, pagasse a pena *mille libras*; e chi prestasse loro mezzi a fuggire *puniatur simili pena qua puniendi erant fugientes etiam foret pena corporis afflictione et etiam mortis.*

Alla rub. 8ª — Costituiti gli uomini a società componente i nostri comuni, vennero, per concorde volontà di popolo espressa nelle assemblee, stabilite leggi regolatrici, delle quali precipue furono il mantenere inviolabile la costituzione dello stato ed il rispettare i magistrati preposti dal voto universale al reggimento della pubblica cosa. Così come nell'Esodo fu comandato di *osservare tutte le cose* prescritte e di *onorare i giudici ed il principe* vennero fatti anche in Mantova (1) statuti a punire i sovvertitori del generale ordinamento politico (2) e ad attribuire maggiore gravezza a delitti commessi nei luoghi in cui i padri sedevano congregati a consiglio (lib. I, rub. 35ª), o vi assistevano i vicarii

(1) Anche negli statuti di Pisa compilati al 1286 si legge che non solo *faciens conspirationem graviter puniatur* (lib. III, rub. 52ª) ma ancora che l'offensore il Podestà paghi in pena duemila lire od anche più (lib. III, rub. 80ª).

(2) Ciò è dimostrato dagli statuti ricordati nella antecedente nota.

od i capitani del popolo (lib. I, rub. 34ª). Fu poi al medesimo fine e mosso da eguale intenzione che il comune decretò nella presente rubrica che chiunque ed a qualunque modo esercitasse azione *in damnum et lesionem Vicariorum capite puniatur et bona ejusdem publicentur.*

Conformi leggi si mantennero posteriormente in Mantova anche a tempi di civile progresso, onde la repubblica Cisalpina decapitava il cospiratore, e chi avesse fatta *violenza ad un individuo* del corpo Legislativo (1), e Napoleone condannava ad estremo supplizio *ogni Italiano nemico allo stato* (2) ed alla morte da *parricida* chi attentasse contro la persona del re (3).

Alle rub. 20ª e 21ª — Nella prima è conceduto a coloro dei Saviola e dei Riva rivendicare diritti già esercitati nei luoghi in cui si ersero le loro case; e da ciò inducciamo che quella legge potesse essere scritta poco dopo all'anno 1269 *in quo illi de Ripa et de Saviola accepti fuerunt* in grazia al comune (4). A noi non fu dato rilevare ove abitassero in Mantova i Da-Saviola; bene il Castelli (5) racconta che la casa dei Riva era posta *da San Giacomo in quel palazzo che serve ora per monastero alle monache di Sant'Orsola* ed al presente agli usi di civico spedale.

Alla rub. 21ª — venne al 1285 dal Podestà Pier Carbonesi revocata l'antecedente concessione fatta ai Saviola ed ai Riva, da che questi nuovamente ribelli erano stati esigliati da Mantova. Fu infatti al 1273 che i Riva fuorusciti avutone ajuto da' loro partigiani e da Obizzo da Este per forza di armi si impadronirono di Cavriana, la quale poco dopo fu loro ritolta *a Mantuanis intrinsecis, qui destruxerunt castra Capriane* (6). Ma i Riva riusciti dippoi a riprendere la terra perduta la munirono e fortificarono così che i Mantovani giudicando impossibile più l'espugnarla discesero a patti per averne il possesso. Quindi all'otto ottobre del 1291 il comune, congregato *consilio generali* accettò le se-

(1) Legg. VIII Sez. III, rub. 5ª e 6ª.

(2) *Cod. penale del Regno d'Italia.* Lib. III §§ 75, 76 e 67.

(3) L'infelice era quindi *condotto al supplizio in camicia, a piedi nudi, col capo coperto d'un velo nero, e dopo essergli tagliata la mano destra veniva decapitato* (Lib. I, § 13).

(4) *Brev. Chron.* op. cit.

(5) *Origine e discendenze delle famiglie Grossi, Malatesta e Riva di Mantova.* Ivi, 1650.

(6) *Brev. Chron.* op. cit.

guenti condizioni proposte da *Bonifacio et Bonstante de Riva per se et ceteris de domo eorum.* 1° — Che i Riva dovessero essere riconosciuti cittadini di Mantova, *immunes ab omni onere rusticano ab omni factione et ab omnibus contributionibus cum hominibus Capriane.* 2° — Che tali privilegi e diritto si trasfondessero *etiam eorum descendentibus.* 3° — Che il comune di Mantova non potesse mai richiedere agli abitanti in Cavriana *decimam aliquam de fructibus, animalibus vel de aliis* e fosse ancora obbligato *eos defendere ab archypresbitero plebis* o da chiunque altro pretendesse *recipiendi decimam aliquam ab sis* 4° — Che fosse dato ampio e generale perdono ai ribelli, e ne fossero esclusi soltanto *bamniti et confinati pro parte D. de Zanicalis et de Gaffaris.* Quindi *admissis et concessis* codesti patti dal comune *Domini de Riva rocham et castrum Capriane liberaliter ac libenter tradiderunt et submiserunt dominis Potestati et Capitaneo et Comuni Mantue.*

Alla rub. 35ª — si dichiara *irritum et nullius valoris statutum olim factum matrimoniorum et sponsalium prohibitorum.* Lo statuto abrogato apparisce essere stato quello scritto alla rubrica 25ª del libro I vietante ai fidanzati di stringersi in matrimonio senza prima averne ottenuto il consenso dai genitori o dai tutori (1). Si legge infatti nella presente rubrica che *quicumqne possit matrimonium contrahere cum unoquoque condictione ejusdem;* purchè i contraenti si fossero posti tra loro in accordo. Vennero soltanto eccettuati a partecipare al beneficio della nuova legge: 1° *I banditi* o *confinati* ed i loro figli e figlie (2) ai quali era fatto obbligo di invocarne *expressam licentiam a dominis Vicariis* 2° — Le donne ricche *et de magno cassali* che a nessun patto potevano farsi spose a cittadini di altro stato; ed anzi a procurare obbedito tale ordine furono al 1310 incaricate spie *anche secrete* e loro promessa la metà del denaro che sarebbe stato pagato in pena dalle trasgreditrici loro accusate. Può credersi che tale severità di procedere fosse stata consigliata dal volere impedito che le ricchezze terriere venissero in parte godute dagli stranieri; e fu per ciò stesso che Giustiniano ebbe a stabilire *justas nuptias inter se cives Romani contrahant* (3); e che legge eguale venne

(1) Così fu scritto anche negli statuti Bresciani al libro II, rub. 105.ª

(2) Al 1312 fu aggiunto nei detti statuti Bresciani *quod aliqua matrimonia non fiant nec fieri possint per fideles Sacri Imperii, pena et banno contrafacientis capitis et bona eorum deveniant in Comune*

(3) *Cod.* lib I, tit. x, § 1.º

promulgata dai Grigioni al 1863 (1) ed in Baviera al 1842 (2).

ALLA RUB. 37ª — L'illustre Guizot scrisse (3) che *l'affrancamento de' comuni nell'undecimo secolo* (e tra noi nel duodecimo) *fu effetto di vera insurrezione, vera guerra dichiarata dai popoli delle città ai loro signori* o feudatarî. La storia infatti dimostra che il punto di partenza da cui mossero i nostri governi popolari fu quello di dirigersi a spodestare i feudatarî dei diritti regali che esercitavano e dei moltissimi beni che possedevano, allo scopo che agli uni ed agli altri partecipassero i cittadini. Fu quindi ardue imprese il combattere grandi e potenti, protetti da re e da imperatori; ed a riuscirvi fu forza che la borghesia ed il popolo si stringessero con forze materiali e compatte a sostenere lotta lunga e difficile. Fu perciò che i comuni da principio si trovarono costretti a chiamare alle armi tutti i cittadini, ed a mantenerli ordinati e pronti a comporre eserciti e che quindi debellati i feudatarî non posarono le armi perchè dall'esterno vennero stranieri e far guerra, poi la fecero fra loro le città consorelle per litigi privati, quindi all'interno insorsero a sì svilupparono potenti fazioni che minacciarono togliere la libertà al paese. Tutto ciò spiega perchè i comuni abbiano sempre fatta legge che chiunque atto a milizia fosse soldato, pronto e disposto a condursi alla pugna. Noi riguardando agli ordinamenti militari che furono in Mantova, ne accenniamo i precipui o di maggiore importanza, raccoglendone notizie dagli stessi nostri statuti e da altri documenti sicuri.

Rilevasi dagli statuti che gli abitanti in Mantova arrolati a società di quartieri erano divisi in squadre ed obbligati a servire a scolte urbane, come molto avanti era stato ordinato da Teodosio (4), ed ancora all'esercito ed all'armata (5). Perciò chiunque *de populo Mantue* dai diciotto fino ai settant'anni era soldato, e doveva, suonata la campana del comune, schierarsi in piazza con armi e vessilli, e guidati dal Podestà, loro duce supremo, (lib. I, rub. 2ª) condursi a battaglia. Giunti al campo eravi saveramente

(1) *Circolare* del 1836.

(2) *Circolare generalizia* del 19 maggio 1842.

(3) *Stor. gener. dell'incivilimento in Europa. Prima versione Italiana Lugano* 1834. Tom. I, Sez. VII, pag. 256.

(4) *Leg. novel.* t. 43.

(5) Si vegga alla nota apposta alla rub. 64ª del lib. I.

punito chi abbandonasse le file (1), chi si nascondesse dietro a ripari, chi togliesse il freno al cavallo durante la pugna. Al *confaronerio* fuggiente in faccia al nemico era tronco il capo, abbruciate armi e cavallo, e condannati i suoi discendenti a perpetua infamia.

Le milizie furono distinte in *equestri* e *pedestri*. Alle prime, così nominate da *equite* o uomo a cavallo, crediamo che avessero appartenuti i soli cittadini ragguardevoli ed agiati, come usarono fare gli antichi. Così i Greci non ammisero fra gli *equites* se non coloro che avessero posseduto beni del valore di trecento a cinquecento medimni; i Romani ascrissero *ad ordinem equestrem* uomini illustri per nobiltà e per grado. Quindi pensiamo che il nostro comune avesse inteso con tale distinzione ed onorificenza lusingare i magnati ad i grandi a volonterosamente prestare coll'armi utili servigi allo stato. A coofermare quanto ora fu detto sarebbero ad indizio l'obbligo imposto *militibus in propria persona equitandi* e se impedito a farsi soltanto supplire da fratelli, dai figli o nepoti, ed il diritto loro conceduto di condur seco *scutiferum*. Giudichiamo però che i soli nobili non componessero le milizie equestri ma ancora i cittadini più ragguardevoli, come lo erano stati *judices* a tempi Romani. Fu forse perciò che furono ammessi a sedere nelle assemblee coloro *qui vadant in exercitu et cavalcatis* (lib. VII, rub. 7ª) e che era eletto *capitaneus* chi fosse stato riconosciuto *de melioribus Mantue* (lib. VII, rub. 21ª).

Gli associati *ad paraticos* ossiano i borghesi ed i popolani servivano alle milizie pedestri, ed i primi sembra che anche soli formassero il corpo *balesteriorum*. Dalla distinzione avvertita della milizia pare che derivasse il nominarsi *cavalcatam* quella in cui i cavalieri soltanto erano spediti alla pugna (lib. I, rub. 35ª), ed *exercitu* l'altro in cui assieme con loro combattevano *tota milicia popularis et balestrieri*.

Il comune pose gran cura perchè non mancassero cavalli *militibus* ed al trasporto di vittuaglie, di armi e di munizioni. Fu quindi imposto a dazio dei cavalli che si volessero mandare fuori di stato il vestesimo del loro valore (lib. III, rub. 39ª). Fu comandato a magistrati soprvvedessero perchè non mancassero *guaragni, sive*, come è scritto negli statuti Pisani, *stalloni equi*

(1) Nello statuto Bresciano nel 1249 fu scritto che chiunque aveva diritto a ferire chi indietreggiasse dal campo.

et asini (1), e fossero *de sufficientia oportuna* a produr buone razze, e di quelli fosse tenuto esatto registro (lib. I, rub. 73ª). Fu prescritto che *judex Potestatis* col sindaco del comune, con un notajo e con un maniscalco verificasse la morte o le malattia dei cavalli servienti a milizie (lib. X, rub. 69ª) e che se gli ultimi di questi fossero stati riconosciuti incurabili se ne avessero provveduti altri dai cavalieri a prezzo loro pagato dallo stesso comune. Fu legge che non solo ogni quartiere della città mandasse allo esercito maniscalchi capaci, ma ancora che alcuni di questi stanzinssero *in qualibet villa pro ferrando equos ab armis* (lib. IV, rub. 28ª). Fu infine condiziona accettata *a paratico carezatorum* di tener sempre pronti buoi e cavalli atti a condurre attiragli dietro l'*esercito* e le *cavalcate pro servitio comunis* (lib. IV, rub. 40ª).

Oltre alle milizie testè ricordate furonvi altre *districtuales* composte dagli abitanti *in villis*, cui era fatto obbligo o *facere guardas in die vel nocte*, o pagare *taliam*; dal che furono eccettuati soltanto *vidue et pupili* ed i possessori beni di valore minore a franchi 234 (lib. V, rub. 23ª). Perciò fu vietato a giudici ed a magistrati *pignere armas districtualibus* per nessuna causa anche giuridica, e minacciate loro gravi pene se avessero trasgredito tale precetto (lib. II, rub. 35ª). Guardie permanenti dette *spatarii* risiedevano in ogni paese a procurarvi il mantenimento degli ordini e buona custodia (lib. I, rub. 9ª). I cittadini poi che abitavano terre fortificate, vestivano grave armatura, cioè *talavacium, et mascheram vel capellum ferri* a *quodlibet caput domus* o di famiglie stanziate dappresso *et ab utraque parte Padi* doveva educarsi ad essere abile arciero (lib. VI, rub. 29ª). Che se i Mantovani anticamente ebbero fama di molto valenti a trar d'arco e balestre, pare che tali fossero stati anche reputati dal nostro comune che affidò agli arcieri la difesa e custodia di un fiume posto a confini dello stato e di tanta importanza. Perlocchè si avrà forse ragione ad indurne che precipuamente i propepadani fossero stati giudicati in Mantova i migliori saettatori, come dai Romani erano stati coloro di Creta e di Arabia ascritti alle loro legioni.

Il tempo in cui si agitava la guerra siccome momento solenne nella mente e nel cuore di tutti, diveniva eccezionale alle ordinarie civili abitudini perchè deserto il paese dai cittadini migliori, non esercitato il commercio, chiusi gli uffici, era scritto perfino-

(1) Lib. I, rub. 183ª

quod jus non reddatur si milicia Mantue equitaverit comuniter vel per quarteria et donec redierit nec die quo redierit (lib. II, rub. 25ª).

Le notizie fin qui accennate intorno alle milizie le abbiamo raccolte dagli statuti; ma altra ne soggiungiamo che abbiamo attinto da altri documenti contemporanei e cioè:

1° — Si legge nel *Brev. Chron. quod Mantuani*, al 1206, *iverunt cum charotio ad burgum sancti Zenonis et ipsum combusserunt*; ed al 1219 che i Mantovani fatta lega coll'Estense gli promisero *facere exercitum cum charotio*. Da ciò si ha prova che già al principiare del secolo decimo terzo il nostro comune adoperava nelle battaglie il carro armato istituito dai Milanesi a simbolo di religione, di libertà e di patria.

2° — La lega Lombarda stringendo insieme tutte le milizie dei nostri comuni ed impiegandole all'unico fine di difendere l'Italia dagli stranieri, procurò che quelle si organizzassero compatte e concordi e si concitassero al sentimento di onore nazionale. Molti documenti provano che i Mantovani federati alla lega, molte volte le fornirono soldati a combattere. Così apparisce da trattato scritto in Brescia al 1252 che da Mantova erano stati spediti cavalieri alla pugna e pagate 696 *libras imperiales*, ossiano franchi 17073, a sostenere le spese necessarie alla guerra. Così all'undici giugno del 1259 trecento *inter milites et equitatores Mantuanos* crebbero le file dei collegati mossi coll'armi a fiaccare la prepotente baldanza di Eccellino italiano spergiuro e fautore l'impero. Ed i Mantovani come tutti gli altri che erano stretti alla lega dovettero essere stati molto prodi soldati se nella guerra che sostennero per oltre vent'anni coll'imperator Federico, mezzo milione di tedeschi fecero morte sui campi Lombardi, e per ben sette volte distrussero gli eserciti rinnovati dal potente nemico.

3° — Al 1241 venne istituito *baronia militum Mantuanorum bene CC qui homines habebant arma alba et bandieras albas* (1). Sia che *baronia* significasse privilegio di casta al modo che la intesero gli antichi Germani, sia che, come scrisse Isidoro ed il Du-Cange, *baroni* fossero detti *quia sunt fortes in laboribus*; giudichiamo che codesta milizia Mantovana dovesse essere stata composta da soldati coraggiosi, o distinti per nascita.

(1) *Brev. Chron.* op. cit.

4° — Sciolta la lega Lombarda, rinnovatisi odii privati fra le città consorelle, sorte intestine discordie agitatevi da cittadini faziosi; le nostre milizie furono costrette a combattere i propri fratelli, onde perduto ogni senso d'amor nazionale facilmente si ridussero serve ai dittatori nei quali già si era accentrata ogni autorità e potere. Quindi Bardellone dei Bonacolsi al 1293 ad aver guardia pretoriana che lo difendesse *fecit homines armatos CC ad arma sancti Petri* (1). Quindi altri dei Bonacolsi spergiuri alla fede Guelfa mandarono i soldati del nostro comune al 1313 ad aiutare le milizie imperiali che combattevano il re di Sicilia, al 1314 contro Ferrara per rimettervi i Ghibellini scacciatine; ed al 1325 a far guerra ai Guelfi Toscani. Che se poi, come scrisse il Cantù (2), *Passerino Bonacolsi sprecò il denaro dello stato per favorire l'impero tanto ch'ebbe in piedi* 12000 *uomini* si ha nuova ragione a dubitare che colui abrogati gli antichi statuti o avesse ridotta stanziale parte delle milizie cittadine, o al medesimo fine ne avesse chiamate altre straniere. Certo è che i Bonacolsi assoldarono truppe per esercitare la podestà loro arbitraria, affermando il Canestrini (3) che a quel tempo *i signori di Verona, di Padova e di Mantova si fecero tiranni con gli stessi mezzi dei Visconti,* cioè stipendiando truppe mercenarie straniere. Narra lo stesso scrittore che il Bonacolsi tolse a denaro il conte Lando con molti armati ed ancora duecento Germani. Ciò si raccoglie confermato dal Troia (4) e da documenti trascritti nell'*archivio storico* (5) leggendosi che: *in tutti gli eserciti dei Ghibellini si trovarono le masnade tedesche fornite da capi-parte che le tenevano assoldate, nè si appicava la zuffa se quei potenti ausiliari non erano giunti. Così duecento di costoro inviati da Passerino signor di Mantova erano al Altopascio con altri ottocento sotto la condotta di Azzo Visconti.*

Alla rub. 38ª — Alla rub. 10ª del libro I, fu dichiarato che gli *anziani* avessero diritto a sedere *in consilio majore;* ed in altri statuti che loro spettava l'esaminare e giudicare attendibili od infondate le ragioni addotte dai contumaci a sottrarsi ai giu-

(1) *Brev. Chron.* op. cit.
(2) *Storia degli Italiani,* op. cit. tom. III, pag. 254.
(3) *Archiv. storico Italiano.* Firenze 1851. Par. I, tom. XV, pag. 29.
(4) *Del veltro allegorico di Dante.* Firenze 1826, a pag. 135 ed altrove.
(5) Op. cit. 1856, tom. IV, part. II, pag. 204.

dizii civili; (lib. II, rub. 3ª) ed il congregare i *sapienti* (lib. VII, rub. 27ª). Si rileva poi dalla rubrica presente che gli *anziani* esercitavano i loro uffici nella parte di casa del nostro comune fronteggiante da un lato *viam fossati bovorum*, dall'altro *la piazza delle carceri*, cioè in quella oggi distinta dal civico numero 2622 (1). Ancora è scritto nel *Brev. Chron.* che el luglio del 1293 Bardellone dei Bonacolsi *fecit XII ancianos de bonis et de majoribus civibus de populo Mantuano*, i quali furono Pagano Codeniaza, Orabuono Casali, Fierabuono Panciera, Lancellotto Cazadraghi, Fugerio e Frugeri, il drappiere Dalla-Cona, il giudice Pier-Berto Bussi, Vivaldo da Montecceluaro, Benaguro Mazario, Vivaldo Belcalzer, Bertolaccio Arcateri e Martino Usarola. Tutti costoro *costituiti et ordinati in consilio majore* sebbene si dicono eletti fra *cittadini buoni* ed i *maggiori* si può credere invece che fossero stati scelti fra i più devoti al Bonacolsi perchè esso solo li aveva nominati, e così dovettero essere altri che poco dopo vi furono perchè nella rubrica di cui parliamo è dichiarato che *eorum officium erit manutenere et conservare nobiles dominos Vicarios.* Uno anzi degli anziani testè ricordati, cioè Vivaldo Belcalzer scritto ch'ebbe voluminoso *trattato di scienza universale* lo dedicò a Guidone dei Bonacolsi che al 1320 poi lo donava ad Uguccione d'Arturo Lismarini da Padova, e che al 1745 venne custodito in Firenze nella libreria dei Nicolini (2).

Alla rub. 39ª — Al 30 giugno del 1299 Guido Bonacolsi, avute milizie dallo Scaligero, venne colle armi a spodestare Bardellone e Tagino suoi zii della suprema autorità che esercitavano in Mantova, ed esso e Bartolomeo suo fratello se ne nominarono vicarii. Nel presente statuto quella scellerata intrapresa perchè riuscita si qualificò dai vicarii *plenam victoriam contra inimicos suos*, ed a perpetuarne memoria, o meglio l'infamia, istituirono festa religiosa da celebrarsi ogni anno al primo giorno di luglio ed obbligarono il comune a pagarne le spese (3). Dubitiamo perciò se possa essere stata sincera *la gran festa,* che il Volta narrò (4) *fatta allora dal popolo per questo inatteso avvenimento che fu riguardato come un miracolo del preziosissimo sangue di Gesù Cristo.*

(1) In questa casa al presente risiede la camera di commercio.
(2) Forse lo stesso esemplare che oggi si conserva nella Biblioteca Ricardiana.
(3) Queste furono calcolate ammontare a franchi 407,33.
(4) *Comp. cronol. crit.* op. cit. tom. 1, pag. 313.

LIBER SEPTIMUS
STATUTORUM

RUBRICÆ LIBRI SEPTIMI STATUTORUM.

RUB. 35 — De uno notario super mercimoniis eligendo super ponte Molendinorum.
» 36 — De custodibus pontis molendinorum.
» 37 — De extimatoribus et computatoribus mercimoniorum.
» 38 — De uno notario apud Serravallum deputando pro mercimoniis.
» 39 — De sacrista Comunis.
» 40 — De generali superstante pontium.
» 41 — De venditoribus salis.
» 42 — De ministerialibus Massarii.
» 43 — De dominus noctis.
» 44 — De officio Massarii Comunis Mestue.
» 45 — De exemplatore Massarii.
» 46 — De examinatoribus officialium.
» 47 — Quod officiales durante officio nihil cum Comuni ex officio lucrentur.
» 48 — Quod examinatores et consules habeant stationem eius officii.
» 49 — De memorialibus faciendis.
» 50 — De solutione ministerialium.
» 51 — De solutione ministerialium extra civitatem et burgos.
» 52 — De milliariis villarum.

RUBRICA 1ª

De electione officialium.

Statuimus quod omnes officiales consueti sorte eligantur ita quod tot sint brevia scripta quot sunt officiales. Et ille cui sors evenerit incontinenti eligatur in consilio. Et nemo se ipsum possit eligere in aliquo officio vel administratione aliter ipsa electio non valeat ipso jure et tam eligens quam electus condempnetur qualibet vice in X lib. par. Quando autem sortes officialium dantur Potestas faciat legi hoc statutum et procuret quod ad comunem utilitatem eligantur officiales ita quod in aliquo officio non eligatur aliquis qui non sit amicus Mantue et contrafaciens condempnetur in X lib. par. Nec aliquis eligatur minor XV annorum nec aliquis qui non sit originarius civis Mantue vel districtus seu sui antecessores vel abitaverint in civitate vel Episcopatu Mantue viginti quinque annis cum familia sua vel pater vel avus.

RUBRICA 2ª

Quando elector plus non potest eligere

Si autem elector elegerit aliquem qui esse non possit amplius non possit eligere sed electio reducatur in consilio generali ad sortem sicut fuit in principio.

RUBRICA 3ª

Qui possint venire ad sortes.

Item quod ad accipiendas sortes officialium qui sorte eliguntur possint omnes et singuli de civitate et suburbiis Mantue majores XV annorum venire exceptis scutiferis et ministerialibus servis et arnaldis dummodo sint amici Comunis Mantue et stent in fo-

dris et scufiis cum Comuni Mantue ipsi vel capita familiarum. Et exceptis omnibus qui non sunt de jurisdictione Comunis Mantue aut qui declinarent ipsam jurisdictionem Et si aliquis non sit de jurisdictione Comunis Mantue aut qui declinare possit ipsam jurisdictionem sortem acceperit condempnetur in X lib. insuper sors sit cassa et nullius valoris atque in Comune Mantue convertatur.

RUBRICA 4ª

Qui possint venire ad sortes officialium.

Item quicumque habuerit sortem Notarius Potestatis ad quodcumque bancum sit vel etiam cujuslibet alterii Notarii ad quodcumque officium teneatur incontinenti sortem quam habuerint in consilio eligere Notarium secundum sortem quam habuerit bonum ydoneum instructum exercitatum et sufficientem ad illum officium faciendum. Et si contrafactum fuerit cassetur qui electus fuerit ab officio et alius bonus instructus exercitatus et sufficiens sorte eligatur in consilio generali Et insuper quod elector condempnetur arbitrio domini Potestatis. Et ut officiales predicti Notarii boni et sufficientes eligantur et habeantur pro suis officiis exercendis dominus Potestas cum familia sua tota cum Iudicibus infra tercium diem in quo sortes officialium date fuerint teneantur Notarios electos diligenter examinare et cognoscere si boni ydonei instructi exercitati et sufficientes existant. Et quos deficientes invenerint cassare et loco eorum alios eligi ad sortem facere in consilio generali et electores suo arbitrio condempnare.

RUBRICA 5ª

Quod ubicumque liceat eligi officialem habitantem in Civitate Mantue.

Et liceat cuilibet habenti sortem eligere officialem in quacumque parte Civitatis et suburbiorum Mantue habitandem dummodo ydoneum et sufficientem et amicum et de jurisdictione Comunis Mantue qui ipsam jurisdictionem declinare non possit.

RUBRICA 6ª

Quod sortes per Religiosum scribantur et numerentur sortem debentes accipere.

Sortes autem officialium scribantur per unum fratrem Religiosum penes quem nulla persona stare debeat per X brachia nisi Potestas vel ejus Iudex seu miles vel puer minor XII annis qui extrahat brevia de capello. Et ille qui habuerit sortem attendat ad fratrem ut sciat quam sortem habuerit. Et tenestur incontinenti eligere bonum et ydoneum secundum sortem que sibi contigerit. Et unus de Religiosis fratribus scribere debeat in Cronica Comunis Mantue nomina electi et electoris. Nec aliquis eodem tempore possit nisi unum solum officium vel administrationem et non plura vel plures habere. Et in loco ulterius non possit aliquis in aliquo officio substitui nisi de voluntate domini Potestatis Mantue.

RUBRICA 7ª

Qui non possunt habere officium

Et nullus qui stetisset extraneus extra Episcopatum seu districtum Mantue habere possit officium seu administrationem Comunis Mantue nec ad consilium interesse debeat nisi steterit per X annos continue in Civitate Mantue et nisi habuerit valenciam C lib. par. in rebus immobilibus quas emisset sine ullo strumento in Civitate Mantue vel districtu et possidisset per duos annos antequam habeat officium vel administrationem ad minus et antequam sit ad consilium et de quibus solvat fodrum et tamen habeat in extimo si extimum sit. Item statuimus quod nullus possit habere officium vel administrationem nec interesse ad Consilium Comunis Mantue nisi vadat in exercitibus et cavalcatis cum Comuni Mantue. Excepto quod possit esse Massarius Religiosus Comunis Mantue et ejus Notarius non obstante aliquo statuto in presenti Volumine Et salvo eo quod Religiosi possint esse

super dictis collectores Et insuper quod nullus de familia alterius qui non sit liber habeat aliquod officium supradictum. Et electio officialium fiat per mensem antequam alii officiales exeant de officio

RUBRICA 8ª

De forma Cronicarum Officialium.

Et tempore quo dantur sortes scribantur per quarteria in quaternis omnia officia que debent dari antequam dentur ita quod brevis quo dabuntur sint scripta in ipsis quaternis. Ita quod sic sint facta brevia ut erit illa scriptura quaterni et postea penes scripturam ejus ad quam quis erit electus scribantur nomina electorum et eligentium in ipso quaterno seu quaternis. Et illi quaterni habeantur pro cronica in qua sit scriptus millesimus dies et mensis.

RUBRICA 9ª

Quod legantur officiales precedentes.

Et tempore electionis officialium legantur illi qui habuerunt officia duodecim mensibus precedentibus Et cronica officialium deponantur et stent apud Massarium religiosum.

RUBRICA 10ª

Quod dividantur officiales per quarteria.

Sortes vero officialium qui debent eligi sorte perbabita deliberatione duorum bonorum virorum pro quarterio dividantur equaliter inter homines cujuslibet quarteri Et durent officiales per sex menses et vacent ab officio per annum scilicet Notarius domini Potestatis Consules Iusticie et Extimatores layci et eorum

Notarii et Notarii sigilli blave. Salvo quod officiales Iudices vacent tantum per sex menses. Additum est cum sepe contingat quod Notarii qui eliguntur sorte ad idem officium maleficiorum aliquando non sint bene instructi et exercitati quod domini Vicarii alium Notarium predictis quatuor Notariis possint addere qui Notarius sic electus comunicet cum dictis quatuor Notariis et ejus acta et scripture sic valeant quemadmodum aliorum quatuor Notariorum sorte electorum. Idem quoque fiat et observetur de uno Notario addendo et eligendo per dominos Vicarios ad banchum condempnationum qui comunicet cum aliis quatuor sorte electis in scripturis et lucro Officiales singuli sex mensibus eligendi sunt isti.

Decem octo Notarii domini Potestatis.

Duo ad banchum aggerum

Quatuor ad banchum maleficiorum.

Quatuor ad banchum Paradisi.

Quatuor ad banchum condempnationum et avere Comunis.

Duo ad banchum damnorum datorum.

Et duo alii ad dictum banchum condempnationum super libris bannitorum et publicationum et emancipationum et testamentum.

Octo Consules Iusticie Mantue inter quos sint quatuor Iudices.

Duodecim Notarii Consulum.

Duo Extimatores inter quos sit unus Iudex.

Quatuor Notarii extimatorum.

Notarius sigilli blave.

Quatuor superstantes victualium.

Quatuor accusatores portitorum vini.

Quatuor accusatores Gajufforum et Ganearum

Quatuor accusatores mensurarum et ponderum.

Accusator super fornaxariis.

Quatuor accusatores super vetitis que extraherentur vel vellent extrahi de civitate burgis et districtu Mantue.

Quatuor accusatores revedentium.

Accusator super piscium factis.

Et predicti accusatores habeant medietatem omnium condempnationum que fierent pro eorum accusis occasione sui officii.

Et nullum salarium habeant a Comuni Mantue predicti officiales et accusatores excepto Notario sigilli blave qui habeat pro sex mensibus X. lib. par.

Et syndicus Comunis Mantue XX. par. pro mense.

Quatuor sint banca Consulum Iusticie super Palatio novo Co-

munis Mantue deputanda scilicet unum pro quolibet quarterio et ad quodlibet banchum consulum predictorum esse debeat unus laycus Iudex et tres Notarii et debeat appellari banchum quarterii Civitatis Veteris banchum Sancti Petri Quarterii majoris banchum Sancti Andree Quarterii sancti Iacobi banchum sancti Iacobi Et quarterii Sancti Martini banchum sancti Martini. Atque singula bancha dipingantur figure sanctorum singulorum predictorum per singula ut appareat et cognosci possit ubi quilibet citatus debeat comparere.

RUBRICA 11ª

Quod ministeriales sortem non accipiant

Et nullus ministerialium possit sorte habere aliquod officium vel administrationem nec alteri dare sed in arbitrio dominorum Vicariorum remaneat administrationes Ministerialium distribuere inter Ministeriales sicut eisdem videbitur.

RUBRICA 12ª

De Notariis librorum bamnitorum.

Notarii vero Potestatis ad officium librorum bamnitorum deputati habeant pro quolibet a Comuni Mantue pro suo salario XX sol. par. pro quolibet mense et quod eis concessum est ex forma statutorum pro suis scripturis Nec ullum danarium recipiant pro solutione alicujus bamni.

RUBRICA 13ª

Quod Dominus Potestas ponat unum de sua familia ad stangam tempore sortium.

Et dominus Potestas teneatur precise ponere unum de familia sua ad stangam quando sortes officialium dabuntur in quo-

libet quarterio si divisim durentur in quolibet quarterio. Et debeat accusare quemlibet facientem contra predictum statutum. Et sic eciam curare quod aliqua persona non debeat loqui illi qui habuerit sortem officialis. Et si invenerit aliquem contrafacientem dominus Potestas auferat pro banno C sol. par.

RUBRICA 14ª

Quod officiales electi examinentur.

Electione autem facta officialium dominus Potestas et Vicarii Mantue die ipsa vel sequenti eligant duos vel tres pro quarterio vel plures de Sapientibus et amicis quorum consilio diligenter inquirant et si quem invenerint electum suspectum vel non amicum ipsum reprobent et cassent et condempnetur elector ejus in X lib. par. et sorte alius eligatur in consilio generali nulla denunciacione vel exceptione in contrarium admittenda facti vel juris. Et predicta inquisitio fiat publice vel secrete sicut ipsis dominis videbitur. Qui autem amicum reprobaverit vel suspectum approbaverit condempnetur pro quolibet et qualibet vice X sol par. Item electis officialibus teneatur dominus Potestas infra tres dies personaliter cum suis Iudicibus Cronicam officialium examinare et si aliquem electum contra Statuta invenerit tum quis non vacasset tum quia ellectus esset contra formam alicujus statuti ipsum cassare teneatur et alium loco ejus eligi facere sorte in consilio generali. Item officiales electi sorte non habeant salarium a Comuni Mantue nec ambaxata occasione sui officii exceptis officialibus quibus per statuta conceditur.

RUBRICA 15ª

Quod officialis non suscipiat causam in se ad banchum.

Statuimus quod nullus officialis Comunis Mantue Iudex Notarius vel Laycus possit suscipere vel exercere causam aliquam proprio nomine vel alieno agendo vel defendendo ad banchum

ubi est officialis dummodo causam illam possit exercere ad aliud banchum. Et si contrafactum fuerit non valeat ipso jure. Et valeat MCCCVIII indictione sexta pena C sol. par. pro quolibet et qualibet vice.

RUBRICA 16ª

De Dictatore.

Dictator Comunis Mantue non sorte eligatur sed per dominos Vicarios Mantue et duret per medium annum et habeat pro suo salario L. lib. par. salva semper provvisione dominorum Vicariorum Mantue. Et cartas sufficientes pro suo officio vel aliud lucrum possit percipere a Comuni vel ab aliqua persona occasione sui officii salvo quod conceditur in statuto de reformatione consiliorum Notarius milicie Comunis Mantue eligendus per dominos Vicarios duraturus per medium annum tantum habeat pro suo salario illius medii anni X. sol. venet. gross. a Comuni Mantue.

RUBRICA 17ª

De Syndico Comunis et ejus Notario.

Syndicus unus et ejus Notarius non sorte sed per dominos Vicarios eligantur et durent quantum eis videbitur Et habeat syndicus pro suo salario a Comuni XX sol. par. omni mense et sit judex et debeat in causis singularum personarum cum Iudice Potestatis eligere Sapientes de medio . . . . Notarius vero nihil habeat a Comuni pro suo salario sed competentem solutionem accipiat a singularibus personis de suis scripturis nec confessio Syndici Comunis Mantue prejudicet Comuni Mantue in aliquo.

RUBRICA 18ª

De Notario dierum feriatorum.

Feriorum Notarius non eligatur sorte sed per dominos Vicerios et daret per annum et habeat pro suo salario tres lib. par. et scribat in uno libro ferias et interdicta de quo faciat copiam cuilibet sine precio

RUBRICA 19ª

Sacramentum consulum et quorumdam Officialium.

Sacramentum Consulum Extimatorum Syndicorum Notarii librorum bannitorum et Notariorum omnium et singulorum prediotorum officialium et Notariorum dominorum Vicariorum fiat hoc modo in consilio generali Comunis Mantue vel coram domino Potestate. Iurent enim recipere omnes petitiones ad suum officium pertinentes nec eas evitare per fraudem Et de omnibus bona fide sine frande cognoscere et deffinire secundum iura et statutorum formam et bonos mores approbatos in Civitate Mantue remoto odio et amore timore seguoratico vassalatico precio precibus speciali lucro vel damno suo vel alicui. Et servare et manutenere omnia capitula que continebuntur vel continentur in statutis Comunis Mantue ad suum officium pertinencia. Nec recipere avere aliquid nec aliquod aliud per se vel per aliquam personam interpositam occasione alique sui officii nisi quod concessum est sibi per statutum Nec de rebus Comunis Mantue vel divisi furtum facient nec fieri permittent nec consencient imo si sciverint aliquem contrafacientem infra terciam diem vel quam citius poterunt domino Potestati vel Iudicibus manifestabunt. Credentias a domino Potestate vel suis Iudicibus iniunctas privatas tenebunt donec fuerint publicate. Consilium dabunt domino Potestati vel ejus Iudici et aliis officialibus super omnibus de quibus pecierint bona fide secundum quod melius crediderint et comodum et utile Co-

munis. Et si sententias dare debuerint et alia secreta ad eorum officium pertinencia secreta tenebunt nisi domini Potestatis Vicariorum vel ejus Iudicum utilitate negocii hoc exigente vel illis qui interessent consilio vel Notarii qui scriberent dum tamen non fraudulenter. Et totum avere quod ad eos pervenerit occasione sui officii in pigneribus vel pecunia cum perceperint scribent vel scribi facient ipso die vel sequenti in quaterno Comunis. Et antequam mensis exeat de toto avere quod ad eorum manus pervenerit secundum formam Statutorum Comunis Mantue rationes reddent et partem Comunis de toto avere quod perceperint Massario Comunis Mantue assignabunt. Item omnia predicta in quolibet capitulo attendent et observabunt toto tempore sui officii. Nec in predictis fraudem committent et cum campana pulsaverit officialium ad suum officium venient exercendum tempore quo debuerint. Et capitula statutorum ad suum officium pertinencia scripta tenebunt et eis legi facient diligenter.

RUBRICA 20ª

De sacramento aliorum Officialium.

Iuret alius quicumque Officialis Comunis Mantue seu administrator attendere precepta dominorum Vicariorum et Potestatis vel ejus Iudicum vel militum et tenere et habere secreta quecumque injuncta fuerint a Potestate vel ejus Iudicibus vel militibus et officium facere secundum formam statuti loquentis super suo officio vel sicut sibi committetur per Potestatem et nil in eo facere vel extorquere ultra id quod concessum est sibi ex forma statutorum.

RUBRICA 21ª

De capitibus locorum et portarum Mantue ac custodum.

Capitanei locorum et portarum eligantur per dominos Vicarios. Et teneantur Capitanei portarum Civitatis Mantue et eorum

custodes custodire vel vetita et alia sine sigillo Comunis Mantue et sine bulla Massarii extrahantur. Et capere et denunciare Potestati contrafacientes et res que extrahentur vel extrahi vellent et durent per unum mensem. Et habeant pro suo salario Capitaneus XV. par. pro die Custodes vero XII. par. pro quolibet. Et teneantur bonam custodiam facere die et nocte et omni nocte stare continue ad dictam custodiam. Additum est quod de die omnes eciam custodes debeant stare. Salvo quod medietas possit ire pransum et statim redire et alia medietas postea ire et statim redire et postea stare omnes. Et sint dicti Capitanei unus pro porta et Custodes V pro porta. Salvo quod ad portam Civitatis veteris stent tantum tres salva semper in his provisione dominorum Vicariorum. Claves autem portarum Civitatis sint duplices que stent apud Potestatem et dominos Vicarios Mantue et claudantur et aperiantur per eorum familias. Et in arbitrio Potestatis et dominorum Vicariorum remaneat de condemnando contrafacientes sicut sibi videbitur et crediderint convenire. Nullus autem Capitaneus alicujus loci eligatur minor XX annorum et quilibet qui eligeretur Capitaneus sit bonus et legalis de melioribus Mantue et milicie et peditum et amicus partis regentis Comune Mantue. Et Capitanei locorum non possent dare licentiam alicui custodi vel balesterio discendendi vel alicui custodi turris de turri descendendi. Et teneatur Capitaneus infra tres dies postquam venerit ad custodiam denunciare dominis Vicariis per litteras vel publicum instrumentum custodes seu balsterios qui ad custodiam non ivissent et alios qui pro tempore sue Capitanarie a custodia recessissent. Et si contrafecerint puniantur et condempnentur qualibet vice qua contrafactum fuerit per eos vel aliquem eorum contra predicta vel aliquod predictorum XXV lib. par. Et legatur hoc capitulum Capitaneis quando mittuntur ad capitanarias. Et qui electus fuerit custos seu balesterius alicujus loci teneatur ire in propria persona ad dictam custodiam et non mittere aliquem pro se. Et qui contrafecerit tam mittens quam missus in X lib. par. pro quolibet et qualibet vice debeat condempnari. Et dominus Potestas et sua familia teneantur inquirere diligenter si contrafecerit. Et predicta omni mense inquirere teneatur eundo et cercando loca et mittendo.

RUBRICA 22ª

De custodibus turris Comunis.

Dominus Potestas primo mense sui regiminis procuret quod boni custodes et utiles qui custodiant turrim Comunis ponantur et quod ipsi possint et debeant videre insignia que mostrarentur per turres et mirras et ipsas mirras bene facere ordinari ut possint et debeant levare et facere insignia ad que faciende debeant deputare unum de suis militibus debentem fideliter superesse predictis. Et dicti custodes turris solvantur expensis Comunis Mantue more solito. Qui custodes si bene et fideliter non fecerint custodiam predictam condempnentur arbitrio domini Potestatis. Idem in omnibus servetur contra Custodes omnium mirrarum districtus Mantue.

RUBRICA 23ª

De mirris et certis locis statuendis.

Addimus quod a Seravalle supra usque ad turrim Palacii Comunis Mantue ordinentur mirre super quibus de die et nocte debeant stare custodes expensis Comunis qui se invicem possint inspicere et insignia que videri possint sic et ubi utilius videbitur Sapientibus. Et dominus Potestas suo arbitrio puniet contrafacientes custodes.

RUBRICA 24ª

De campanariis.

Campanarii autem teneantur precise omni mane sonare campanam a die ut unaqueque persona ire possit per dictum sonum

quando sit dies et deinde ire et facere sua facta. Et eandem campanam pulsare debeant in media nocte et horis constitutis. Et si negligentes fuerint ad hoc campanarii condempnentur qualibet vice X sol. par.

RUBRICA 25ª

De custodibus noctis

Custodes noctis in quantitate infrascripta per quarteria eligantur et durent tantum per tres menses et habeant pro suo salario L sol. par. pro quolibet. Qui custodes ad restitutionum omnium damnorum que in contratis suis commissa fuerint condempnentur per dominum Potestatem vel ejus Iudicem et restituere compellantur dampna passis nisi infra tercium diem post damna data manifestaverint delinquentes. Salvo quod res in navibus positas non debeant custodire. Et possit Potestas vel ejus Iudex omni die feriato et non feriato exceptis sollempnibus in honorem Dei introductis et sue matris sancte Marie porrectione libelli et alia sollempnitate cognoscere. Qui custodes a tercia pulsatione campane Comunis de sero usque ad auroram dici optime debeant custodire. Et dicti custodes habeant medietatem condempnationum de quibus fecerint accusas. Quibus dominus Potestas tenestur precise facere solvi eorum salaria antequam exeant de officio Credatur autem sacramento cujuslibet qui dampnum sit passus et de quantitate damni dummodo fuerit bone fame usque ad quantitatem XX sol. par. et ab alia summa supra usque ad C sol. par. si per unum testem bone fame probaverit. Et per homines quarteriorum et contratarum eligantur eligendo per dominos Ancianos cum voluntate dominorum Vicariorum et distribuantur et dividantur per contratas more solito. Et de illis contratis quas custodire debuerint hoc modo.

Ad Sanctam Agatham duo.
Ad Sanctam Mariam duo.
Ad Sanctum Stephanum duo.
Ad Sanctum Georgium tres.
Ad Sanctum Iervasium duo.
Ad Sanctum Leonardum tres
Ad Sanctum Iohanem tres.

Ad Sanctum Simonem tres.

Et in quarterio sancti Martini tot quot consueverunt poni scilicet quatuor intra et quinque extra.

Et in quarterio sancti Iacobi similiter quatuor intra et quinque extra.

In castro Portus duo.

In burgo Portus duo.

Super pontem molendinorum duo.

RUBRICA 26ª

De ambaxatis et ambaxatoribus.

Volumus et ordinamus quod ambaxatores qui iverint pro Comuni Mantue sive iverint per navem sive equestres habeant pro quolibet et qualibet die duos sol. Ven. gross et Notarius qui secum iverit solum habeat XL. sol. par. si pernoctaverint in dicta ambaxata. Si vero non pernoctaverint si pransi fuerint in dicta ambaxata habeant tantum medietatem dicte ambaxate. Quod si nec pernoctaverint nec pransi fuerint in dicta ambaxata nihil inde recipiant. Hoc addito quod ambaxatoribus euntibus ad curiam domini Pape vel Imperatoris detur quod per Potestatem et dominos Vicarios fuerit ordinatum. Compellantur quoque ambaxatores ad arbitrium domini Potestatis omni causa remota semel in toto anno et non plus ire in ambaxata nisi amalati vel alia iusta causa detenti fuerint qua comode ire non possint. Quicumque autem Notarius ad aliquod officium Comunis Mantue administrationem vel in ambaxata Comunis Mantue constitutus teneatur et debeat absque alia solutione et remuneratione facienda facere et in publicam formam reducere omnes scripturas que spectarent in aliqua parte sui ad utilitatem Comunis Mantue ad voluntatem dominorum Vicariorum.

RUBRICA 27ª

De ministerialibus Ancianorum et Capelle.

Statuimus quod duo sint ministeriales Ancianorum et Comunis pro convocandis Sapientibus et aliis faciendis que possunt fieri

per alios ministeriales et habeant XXVII lib. par. pro quolibet pro salario unius anni scilicet et possint dicti Ministeriales facera precepta quecumque et alii ministeriales facere possunt.

RUBRICA 28ª

De tubatoribus.

Et duo tubatores qui habeant pro suo salario unius anni pro quolibet XV. lib. par.

RUBRICA 29ª

De trumbatoribus et preconizatoribus.

Et duo trumbatores et duo preconizatores qui quatuor habeant pro suo salario unius anni pro quolibet XXXVI. lib. par. Et teneantur habere singuli unum roncinum et ipsum tenere in domo sua continue ut equitare possint quociens opus fuerint.

RUBRICA 30ª

De portenariis Palacii.

Et duo portenarii qui custodiant portas Palatiorum Comunis et claudant et apperiant et habeant pro suo salario pro quolibet pro uno anno XXII lib. par. et dimidiam Et insuper predicti Officiales omnes et singuli vestiantur pro Comune Mantue singulis annis ad Pascha Resurrectionis de gunella et guarnatia pro quolibet de panno de ratio vel de Mediolano XX sol. par. brachi ad plus de diversis coloribus ad medietatem. Et quilibet sit contentus quantitate qua ei pro vestibus Massarius assignabit ita quod uni plus et alii minus detur secundum staturam cujuslibet. Et aliqui alii custodes non deputentur et non stent in dictas

portas. Nec ad eorum custodiam expensis Comunis Mantue nisi predicti duo Portenarii qui sunt ad hoc specialiter deputati. Exceptis forte de ministerialibus curie Comunis Mantue debentibus servire curiam tempore suarum curiarum qui propter aliquam necessitatem ibi stare precipientur per dominum Potestatem quibus nulla fiat solutio per Comune Mantue illa occasione.

RUBRICA 31ª

De campanariis et custodibus turris.

Campanarii vero et custodes turris Comunis Mantue sint quatuor et habeant pro suo salario pro quolibet XXVII lib par. et non vestes Ministeriales Capelle et trumbatores et tubatores et preconizatores habeant pro quolibet die que pro Comuni iverint extra Civitatem Mantue equestres VI sol. par. pedestres tantum III. sol. par. Et predicti preconizatores vadant per civitatem preconizando ut expedierit per loca consueta Et etiam predicti omnes non eccipiant aliquem equum in comodatum ab aliquo milite Civitatis Mantue. Sed preconizatores et trumbatores equos habeant proprios et jurent facere et faciant sua officia bene et diligenter ad voluntatem domini Potestatis. Turris pontes molendinorum custodiatur per duos custodes tantum sine aliquo capitaneo. Quibus duobus custodibus fiat solutio per Massarium Comunis Mantue salari consueti Nevigium Comunis Mantue custodiatur expensis Comunis Mantue per duos custodes tantum ad salarium consuetum.

RUBRICA 32ª

De Ministerialibus in genere.

Quilibet possit autem esse ministerialis dummodo sit bonus et sufficiens ad ipsum officium qui non sit servus nec scutifer et qui steterit ad minus in Civitate Mantue per duos annos et qui sit in fodris et scufiis cum Civitate Mantue cum familia. Et qui-

libet Ministerialis teneatur et debeat venire ad campanam officialium et ad quamlibet aliam campanam vel signum quod pulsatur pro Comuni Mantue in banno V sol. par. Item Ministerialis Ancianorum et Ministerialis Curie teneantur venire et stare in Palatio cum pulsabitur dicta campana nec deinde discedere sine licentia banno V sol. par. Item omnes Ministeriales debeant portare in capite vel ad colum ita quod infula appareat infulas suas rubeas per Civitatem burgos et districtum Mantue ut cognosci possint per familias domini Potestatis et per alias personas sub dicto banno V sol. par. qualibet vice pro quolibet negligente. Et preconizatores quibus concessum est salarium possint homines preconizari in banno sub domino Potestate et ejus Iudice. Et pro ipsa preconizatura non accipiant ultra quatuor Mantuanos parvos pro quolibet banno et de quolibet cive Mantue vel Episcopatu vel ab aliquo vulnerato nihil accipiant quando venerint in Palacio ad accusandum et alii ministeriales non accipiant ultra duos parvos. Et bonam prestent securitatem de officio legaliter faciendo de comissis in faciendis et exercendis et habeat unusquisque Ministerialis qui iverit pro Comuni Mantue qualibet die tres sol par. a Comuni. Iurent autem omnes Ministeriales facere suas ambaxatas racte et logaliter et cum ambaxatas fecerint nominare Iudicem vel officialem sub quo citaverint vel signa Consulum et nomen officii Iudicis domini Potestatis et recte ambaxatas eis impositas per dominum Potestatem vel ejus Iudicem vel alios Officiales vel suos nuncios qui non sint Ministeriales facere et redere et alii non imponere. Et qui contrafecerit solvat pro banno C sol. par. et amplius non sit ministerialis.

RUBRICA 33ª

De turri Capriane

Turris Capriane non custodiatur de cetero expensis Comunis Mantue sed tantum expensis Comunis Capriane.

RUBRICA 34ª

De Notario tabule mercimoniorum

Notarius sigilli mercimoniorum teneatur exemplare omnia sigilla facta per ordinem que scripta sunt per eum Et scribera diem et nomen et pronomen conductoris et Civitatem et locum unde est et ad quam debet conducere tales res. Its etiam quod ponatur quantitas mercimoniorum ponderis seu libis et extimatio eorum et precium et id quod solverit pro dacio Comuni et in fine dicatur — et valeat per duos dies vel plures — ad libitum scribentis. Item scribat omnia sigilla per se in uno libro de omnibus mercadancus que producuntur ad partes superiores et per se in uno libro mercadanciss que conducuutur ad partes inferiores. Item scribst per se in alio libro omnia sigilla salis cum omnibus alıis sigillis que fierent de rebus de quibus non exigitur dacium aliquod veluti de massaricus et de rebus a quoque sol par inferius de quibus non exigatur dacium sed tantummodo fist solutio de sigillo II psr. Item si contingerit cives Verouenses vel Ferrarienses non solvere dacium teneatur dictus Notarius dictos denarios scribere in uno libro per se Item teneatur Notarius non facere sigillum alicui non debenti solvere dacium nisi ipsa presens fuerit qui habere debet dictum sigillum Item quod omnes exactores daciorum ubicumque sint ad dacia exigenda non scribant aliquas mercsdanciss pro aliquo qui non solverint dacium nisi ipse presens fuerit Et si contrafacerint condempnentur in duplum tamquam si fraudem comisissent. Item quod omnes exactores teneantur exigere et eorum Notarii scribere teneantur sicut statutum est et ordinatum vel sicut statuetur et ordinabitur per majus Consilium Comunis Mantue Et qui contrafecerit condempnetur in duplum tamquam si fraudem comisisset

RUBRICA 35ª

De uno Notario super mercimoniis eligendo super ponte Molendinorum.

Elligant domini Vicarii unum legalem Notarium qui stare debeat ad pontem molendinorum qui scribere debeat omnes mer-

cadancias que conducuntur a partibus superioribus antequam exonerentur et antequam solutio sit facta de illis Massario dacioli vel Massario Tabule. Item nauto lacus superioris tam sclavarum quam aliarum navium magnarum prestent securitatem Notario qui erit ad pontem molendinorum de servando precepta domini Potestatis et quod non exonerabunt vel exonerari permittent res quas conducent absque licentia ipsius Notarii. Item dictus Notarius qui stabit ad pontem molendinorum teneatur scribere ipsa die vel sequenti quam citius poterit bona fide sine fraude que remancat apud massarium tabule grosse omnes mercationes que conducuntur a partibus superioribus Massarius vero tabule grosse et ejus Notarius de unaquaque libra ipsarum mercium vel soma a mercatore quolibet exigere teneatur secundum modum provisum et constitutum

RUBRICA 36ª

De custodibus pontis molendinorum

Item custodes pontis molendinorum et custodes porte Aquadrucci non permittant intrare in Civitatem aliquod plaustrum vel somam saper quibus essent mercimonia nisi de licentia ejus Notarii qui electus erit ad dictam portam pontis molendinorum et eo presente. Item teneatur dictus Notarius qui erit ad portam pontis molendinorum vel massarius dacioli vel massarius tabule examinare omnes torsellos drappos qui conducuntur a partibus superioribus et pecias et precium ipsarum computare bono modo sine fraude. Et si de aliquo dubitaretur aliquando requirant et habeant consilium Notarii qui habebit buletam. Item nulla concessio facta per Potestatem et Iudicem ejus per aliquem officialem Comunis vel per aliquam aliam personam portandi extra Civitatem teneat aut valeat. Et hoc dicitur ut fraus comitti non possit et ut omnes introitus sigilli mercadancie deveniant in Comune Mantue.

RUBRICA 37ª

De extimatoribus et computatoribus mercimoniorum.

Eligant domini Vicarii unum bonum fidum et timoratum Notarium qui in loco Seravalli debeat commorari qui diligenter examinet et inquiret omnia mercimonia que a partibus inferioribus conducuntur tam per terram quam per aquam tam pisces quam bestias et ipsos in uno libro scribere teneatur eum nomine et prenomine quarum erit et de qua Civitate vel loco et die et nomen naute que ipsam conducet et ita omnia mittere in scriptis notario qui erit Mantue constitutus ad examinanda dicta mercimonia tam si solvisset dacium Seravalli quam si non solvisset et scripturam quam faciet sigillare debeat clausam eum sigillo Seravalli. Quam scripturam quilibet nauta facere teneatur et antequam de navi sua quicquid de dictis mercimoniis auferri permittat dicto Notario presentare sub certo bamno auferendo dicto nauta et de hoc nautis prestito juramento Officialis Comunis Mantue deputatus apud Gubernulum vel Seravallum apud Sermidum vel ubicumque deputaretur pro dacio salis strate padi exigendo et pro aliis sibi comissis pro Comuni Mantue agendis habeat pro suo salario IV sol. par. pro quolibet die tantum ita quod non plus.

RUBRICA 38ª

De uno Notario apud Serravallum deputando pro mercimoniis.

Eligent domini Vicarii unum bonum et fidum Notarium ac expertum qui diligenter examinet et inquirat et extimet omnia mercimonia que a partibus inferioribus conducuntur antequam de navibus auferantur et secundum ejus extimationem et computationem Massarius Seravalli vel ejus Notarius dacium exigere teneatur. Item dictus Notarius electus per dominos Vicarios teneatur videre computare et examinare omnia mercimonia que cum navibus ad partes inferiores conducuntur et que per naves vel plaustra conducuntur ad partes superiores et secundum ejus computationem et extimationem

Massarius tabule et ejus Notarius exigere dacium teneatur. Et Notarius sigilli et bulleti non faciat sigillum alicui de dictis mercimoniis nisi primo visa fuerint et computata per dictum Notarium et nisi primo dacium sibi solutum. Et si dicta mercimonia inventa essent plura quam fuerint extimata per predictum Notarium non admittantur sed tantummodo quadruplum de ipsis dacium persolvatur. Et predictus Notarius super examinandis dictis mercimoniis debeat scribere omnes mercadancias que conducuntur a partibus inferioribus in uno libro apud Massarium tabule permanente die quo solutum fuerit dacium vel sequenti ad hoc ut mercatores qui ipsas voluerint extrahere de Civitate possint habere copiam de predictis. Item dictus Notarius solutionem predictorum mercimoniorum auferre nullatenus presumat. Item Notarius qui erit Seravalli et Capite pontis Bocbadigande teneantur examinare omnia sigilla et mercimonia in eis scripta et si aliquid invenerint ultra quod contineatur in sigillis illud detineant et dominis Vicarus remittere teneantur. Item teneantur detinere omnia sigilla que ad ipsos pervenerint per se et ipsa sigilla singulis XV diebus dominis Vicariis remittere vel singulis mensibus vel sicut visum fuit dominis Vicarus qui ipsa sigilla examinare et probare facient per Notarium tabule ipsius qui habebit buletam et aliter sicut voluerint. Item custodes portarum et custodes aque superioris et Notarius Seravalli et Capitis ponti Bocbedegande juramento teneantur non permittere conduci salem blavam legumina mercadancias vel alias res nisi habentes bulletam Comunis. Et si contrafecerint condempnentur arbitrio domini Potestatis et ponantur in juramento omnium predictorum cum sua jurabunt officia statuta et ordinamenta. Et nemo conducet salem Seravallum neque a Seravallo seperius nisi assignatus fuerit custodibus ibi constitutis ad salem custodiendum. Et qui contrafecerit ammittat salem et solvat bannum arbitrio domini Potestatis. Et per Notarium bullete eligantur custodes legales et fideles qui venire debeant in navibus salis a Seravalle usque Mantuam et in loco Seravalli intrare teneantur naves salis et non exire de predictis usque Mantuam. Et cum fuerint Mantuam assignare debeant dictas naves aliis custodibus electis per dictum Notarium bullete qui custodes non dividant se a dictis navibus donec sal totus fuerit asazatus. Et teneantur ipsi custodes vel asazatores ire ad dictum Notarium bullete et ad Notarium dacioli salis et denunciare eis quantitatem salis qui fuerit asazatus.

RUBRICA 39ª

De sacrista Comunis

Item Sacrista Comunis eligatur per dominos Vicarios et habeat pro suo salario II sol par pro die et duret ejus officium quantum placuerit dominis Vicariis

RUBRICA 40ª

De generali superstante pontium

Item dicimus de uno superstante legali et experto super pontibus et molendinis et aliis pro Comuni faciendis qui habeat salarium arbitrio dominorum Vicariorum

RUBRICA 41ª

De venditoribus salis.

Venditores salis Comunis Mantue qui sunt duo habeant a Comuni Mantue pro suo salario III sol. par tantum pro quolibet et qualibet die et tantum sit eorum salarium

RUBRICA 42ª

De Ministeriali Massarii.

Item unus Ministerialis sive nuncius eligatur per Massarium ad salarium XII par pro die Totidem habere debeant ministeriales qui stant ad tabulam sigilli:

RUBRICA 43ª

De dominis noctis.

Domini noctis omni mense eligantur per dominos Vicarios ut continetur in statuto dominorum noctis.

RUBRICA 44ª

De officio Massarii Comunis Mantue

Statuimus quod unus vir eligatur qui sit Massarius Comunis Mantue et unus ejus Notarius et unus Notarius ad tabulam mercadancie qui habeat pro suo salario pro quolibet et qualibet die sex sol par Et unus exemplator qui habeat pro die qualibet VI sol. par Et predicti quatuor exercere debeant officium Massarii secundum quod ad cujuslibet officium pertinebit predicto salario cui salario stent contenti nec aliud occasione dictorum officiorum lucrari possint percipere vel habere Et predicti quatuor officiales mutentur singulis sex mensibus. Qui Notarius tabule teneatur exemplare in un libro per se omnes introytus per se singulorum equorum et singulis XV diebus Massarius Comunis Mantue teneatur ordinate scribi facere omnes introytus et expensas quas recipiet et quas faciat pro Comuni Mantue Videlicet introytus condempnationum per se. Stabilitionum que solvuntur per mensem et lucri salis qui venditur ad minutum et dacium vini et aliorum Officialium per se. Zoaticorum et Potestariarum per se dacii salis quod exigitur apud Gubernulum et molendina per se Introytus afictationum que solvuntur per mensem pro se et de singulis introytibus que occurerent. Et teneantur Notarii dicti Massarii predicta scribere ordinate et teneantur procurare quod omnes officiales Comunis Mantue qui recipient de introytibus Comunis Mantue singulis XV diebus reddant rationem de predictis exceptis extimatoribus et officialibus librorum bannitorum qui pro mense solvant. Officiales vero qui morantur extra Civitatem Mantue omni mense in suis libris scribere teneantur. Qui officiales et predicta

facere teneantur et exemplum de predictis dare. Expresse quoque Massario Comunis Mantue similiter ordinata et divise scribant Videlicet ex parte spiarum et nunciorum per se et Ministerialium per se. Ambaxatorum per se Officialium per se Laboreriorum per se distincte et ordinate Cavalcatorum per se. Cartarum et cere per se Armatorum dominorum Vicariorum per se. Salaria ambaxatorum Vicariorum Iudicum per se Elemoxinarum per se Exordinarium per se Et si qua alie expense ordinate poni deberent vel possent per se ordinate scribantur. Item quod nulle expense fient per aliquem Officialem Comunis Mantue in cujus libris ipse expresse scribantur. Hoc addito quod si per dominos Vicarios committentur alicui facere expensas alicujus laborerii in Civitate vel extra expense illius laborerii non ponantur in libro Massarii Comunis nisi laborerio illo completo Et completo illo laborerio et approbatis illis expensis per dominos Vicarios scribatur ratio illius laborerii in expensis Massaris Comunis Mantue

RUBRICA 45ª

De exemplatore Massarii.

Exemplatoris vero predicti sit officium exemplare introytus et expensas dicti Massarii et omnes condempnationes que fient apud massarium conservandas et assignare post menses singulos dominis Vicariis ipsos introytus et expensas. Notarius quoque Massarii et ejus exemplator et eorum Notarii scribant omnes securitates quas recipient ad Massariam ex forma statuti et brevia villarum et de illis concessam seu solitam solutionem a quolibet recipere teneantur Et Massarius Comunis Mantue statim post XV dies singulos assignare et denunciare in summa dare et sint ipsi denarii Comunis Mantue. Et dictus Massarius et ejus Notarius et ejus exemplator et Notarius tabule nullum officium vel administrationem possint committere alicui qui eis vel alicui eorum attineat Et ut omnes sint certi de introytibus et expensis omni mense circa finem vel infra terciam diem sequentis mensis saltem fiat ratio Massario coram Iudice Potestatis super condempnationibus deputato et sex Sapientibus qui diligenter videant et examinent expensas singulas et causas earum Et legatur dicta ratio

et eciam omnis introytus et expensa in consilio generali et summa introytum et expensarum vel quod superest vel deficiat hinc retro. Salvo quod si que expense non essent dicende in publico teneatur earum causa ut placuerit dominis Vicariis

RUBRICA 46ª

De examinatoribus Officialium.

Statuimus quod boni et legales examinatores per dominos Vicarios eligantur unos vel plures ut ipsis dominis Vicarus videbitur. Qui omnes Officiales et administratores tam gratia quam sorte electos debeant examinare. Et duret eorum officium quantum videbitur dominis Vicariis. Et examinent diligenter dictos officiales et examinatores singulis mensibus in fine cujuslibet mensis de omnibus et singulis que gesta et acta fuerint in suo officio et administrationibus et habeat pro suo salario quantum videbitur dominis Vicariis. Cartas eciam pro Comuni Mantue sibi occasione dicti officii necessarias et nihil aliud possint habere a Comuni Mantue vel a singularibus personis aliquo modo vel ingenio. Et si quos invenerint aliquid de avere Comunis Mantue vel singularium personarum defraudasse vel aliquid illicite habuisse vel indebite sive contra formam Statuti dedisse vel retinuisse in se aliter quam debant in duplum eos et qualibet ipsorum tam Comuni vel singularibus personis debeant condempnari. Si vero negligentes fuerint facere quod tenebantur et debebant condempnentur ad arbitrium dominorum Vicariorum inspecta qualitate facti et personarum condicione Et debeat dictum suum officium fideliter et sollicite exercere per se et sine consilio Sapientum. Et dictos officiales administratores absolvere vel condempnare in consilio generali Comunis Mantue vel alibi sicut dominis Vicarus placuerit. Et si in detrimento ejus occurreret aliquod dubium de illo consulere possit Iudex Potestatis et nullum alium uulio modo Et Iudex ad maleficia pro tempore deputatus predicta singulis mensibus recoiat dominis Vicariis

RUBRICA 47ª

Quod Officiales durante officio nihil cum Comuni ex officio lucrentur.

Item quod aliqui Officiales vel administratores Comunis Mantue non possint nec debeant aliquod lucrum occasione sui officii cum Comuni Mantue nec aliquem percipere vel habere de denariis et avere Comunis Mantue aliquo modo vel ingenio pro aliqua re quam facerent in servitio Comunis Mantue durante officio nec post depositum officium de eo vel pro eo quod fecisset in dicto officio vel administratione nisi salarium sibi preconcessum per Comune Mantue et nisi id quod concessum foret eis ex forma statuti Comunis Mantue sive haberent salarium sive non. Et qui contrafecerit in duplum ejus quod lucratus fuisset vel percepisset Comuni Mantue persolvendum a suis examinatoribus debeant condempnari.

RUBRICA 48ª

Quod Examinatores et Consules habeant stationem sui officii.

Statuimus quod Examinatores et eorum notarii teneantur et debeant habere ad banchum suum statutum scriptum sub rubrica de officio Extimatorum usque ad statutum scriptum sub rubrica de successoribus. Que predicti Notarii scribere teneantur et debeant et suis successoribus dessignare. Item consules cujuslibet banchi et eorum Notarii teneantur et debeant habere ad bancam sua statuta posita sub rubrica de officio Consulum usque ad Statutum rubricatum de Officio Extimatorum. Qui Notarius predictorum scribere teneatur et suis successoribus dessignare. Et hec omnia sub pena C sol. par. pro quolibet et vice qualibet.

RUBRICA 49ª

De memorialibus faciendis.

Item quod quilibet Iudex Potestatis extimatores Consules justicie Mantue et ceteri Officiales Comunis Mantue jurisdictionem habentes teneantur et debeant habere singulum librum qui memoriale debeat appellari. Super quo scribantur note omnium accusationum et denunciationum. Et insuper Iudices domini Potestatis teneantur et debeant habere notas ex quibus procedere intendunt. Quod memoriale Notarii predictorum scribere teneantur et debeant.

RUBRICA 50ª

De solutione ministerialium

In Christi nomine hec est provisio et reformatio facta per dominos Ancianos de voluntate dominorum Vicariorum et consensu super solutionibus ministerialium Comunis Mantue tam in Civitate Mantue quam extra videlicet in Civitate Mantue et districtu nullus ministerialis audeat accipere ultra quantitates infrascriptas modis et condictionibus inferius denotatis sub pena restituendi duplum quod acceperit ultra quantitates inferius denotatas et remotionis sui officii per annum venturum ex quo talia contra infrascripta presumpserint attentare si de remotione facienda videbitur dominis Vicariis.

In primis namque habere debeant de qualitate ambaxata facta in Civitate Mantue duos par.

Item in burgis Civitatis Mantue IIII par. de qualibet ambaxata intelligendo burgos Cipatam, Levatam, et Curtatonum.

De qualibet pigueratione facta in Civitate Mantue VI par. quotcumque sint ministeriales

Item pro detinendo aliquem personaliter habere debeant XII par. pro quolibet ministeriali qui ministeriales possint esse tres et non ultra.

Item pro percipiendo quod veniant pretendentes VI Mant. par

Item pro custodia detenti de die et de nocte XVIII par. de die vero tantum XII par. et detentus detur in custodia unius ministerialis vel duorum ad arbitrium Iudicis Potestatis et non ultra.

Item de credis factis quis velit esse heredes alicujus et relationis ipsorum insimul et denuntiatio facta propinquis in Civitate et burgis XII par. tantum.

Item de tenute data in Civitate Mantue VI par. in burgis vero VIII par.

Item de intromissionibus et versionibus in Civitatem Mantue et in burgis VI par.

Item quando vadant ad vocandum homines ad corpora mortuorum II sol. par. tantum.

RUBRICA 51ª

De solutione ministerialium extra Civitatem et burgos.

In primis pro ambaxata precepto et termino quotquot citandi sunt ad postulationem unius tantum IIII par. pro miliario. Item de intromissionibus pigneratiombus et preceptis factis que veniant pro detentis dictam quantitatem IIII par. in ratione miliarii et ultra dictam quantitatem VI par. quotquot sint numero ministeriales et quotquot sint ibi quibus fiat preceptum et pigneratio seu intromissio ad postulationem unius solius. Item pro detento in villa XII par. ultra quantitatem quatuor par. pro miliario. Item pro cridis in villa factis ultra quantitatem quatuor parvorum in ratione miliarii. Item pro pignoribus et condempnationibus Comunis et pro maleficiis debeat fieri solutio arbitrio Iudicis Potestatis residentis ad banchum pro quo ministerialis iverit inspecta qualitate et conditione personarum dummodo non excedat solutio in duplum dictarum quantitatum pretaxatarum per sua capitula. Et si quis pigneratus fuerit pro aliquibus condempnationibus seu factis Comunis quod pignerari non debuerit vel de jure si potuerit secundum quod apparebit per sententiam in processu seu liquidum fuerit Iudex tam ministerialis quam Notarius nullam mercedem de his accipiat et acceptam restituat et expensas restituat ministerialis qui talem pignorationem fecerit et Notarius qui

fieri fecerit. Item quilibet ministerialis qui missus fuerit per districtum seu in districtu Mantue per aliquam personam seu ad requisitionem alicujus persone percipere debeat solutionem ambaxate et vie sive ab illa persona qui eum miserit vel ad cujus postulationem iverit et non a rustico seu ab alio quem in villa requisierit. Salvo tamen jure illius persone facientis requiri vel ad cujus postulationem requisitio facta fuerit in refectione expensarum. Et si ministerialis coutrafecerit condempnetur qualibet vice C sol. par. et ad restitutionem accepti. Massarius Comunis et quilibet administrator et Officialis ipsius Comunis teneantur et debeant predicta observare. Et ut habeatur noticia miliarium Episcopatus Mantue ita quod de predictis nulla questio oriatur taliter villarum miliaria inferius sint descripta. Et predicta observare cogantur ministeriales per dominum Potestatem vel Iudices ipsius et alia officiales adimplere sub pena eorum arbitrio auferenda. Et presens statutum teneantur habere Iudices Consules et alii officiales penes se ad eorum banchum ut habeant notitiam de predictis. Et Iudex ad maleficia deputatus teneatur amonere omnes ministeriales de predictis quolibet mense.

RUBRICA 52ª

De milliariis villarum

De quarterio Civitatis veteris

Ad castrum Bonefixum	quinque.
Ad Bigarelium	sex.
Ad Carpenetam	tria.
Ad villam novam adembaxum	tria.
Ad Carzedolum	sex.
Ad Barbaxolum	septem.
Ad Runchum ferrarium	octo.
Ad Noxedolum	decem.
Ad Casale	decem.
Ad Casaletum	novem.
Ad sanctum Caxanum	novem.
Ad Sustinentum	XIIII.

Ad Polletum	XIIII.
Ad Sachetam	XIII.
Ad Sacham Caprianorum	XII.
Ad Quistelum	XV.
Ad Burgum novum	XV.
Ad Nuvolarium	XIII.
Ad Gubernulum	X.
Ad Campsomarium	IX.
Ad Zenevrium	IX.
Ad Formigosam	IIII.
Ad Costam	IIII.
Ad Parolarium	V.
Ad Curtaniulfum	VI.
Ad Serhunm	IIII.
Ad Libiolam	XV.
Ad Seravalum	XX.
Ad Quingentulas	XV.
Ad Peraiolum	XVI.
Ad castrum Brexanum	XVI.
Ad Reverem	XX.
Ad Roncos	XXII.
Ad Burgumfranchum	XXIIII.
Ad Carbonarolas	XXVI.
Ad Sermidum	XXX.
Ad Fenonicam	XXXIII.
Ad Goltarasam	XXXVIII.
Ad villam novam de Ripalta	III.
Ad Casteletum domini Gotofredi	IIII.

De quarterio Sancto Iacobi

Ad Casteluchium	VI.
Ad Hospitale	VIII.
Ad Casaticum	X.
Ad Marchariam	XIIII.
Ad Sanctum Michaelem	XI.
Ad Capitellum	X.
Ad casamentum Spalorum	IX.
Ad Canicossam	IX.
Ad Gabianam	VII.

Ad Sanctam Mariam de bosco	VII.
Ad Mangle lupum	VII.
Ad Pratum lambertum	IIII.
Ad Cleregaucum	V.
Ad Boscoldum	V.
Ad villam Paveaam	VIII.
Ad Scorzarolum superiorem	IX.
Ad Sablonum	VIII.
Ad Armanorum superius	V.
Ad sanctum Silvestrum	III.
Ad Sorzentiam	VI.
Ad Axulo superius	V.
Ad Montenariam	IIII.
Ad Curtatonum	III.
Ad Tinacinm	XII.
Ad Turrim Olai	XI.

De quarterio Sancti Martini.

Ad sanctum Leum	IX.
Ad Suzariam	XIII.
Ad Bruxetasium	XIII.
Ad sanctum Prosperum	X.
Ad Ripam	XI.
Ad Letebelanum	X.
Ad Burgumforte	VIII.
Ad Torexellas	IX.
Ad Saviolam	VIII.
Ad Roncorlandum	X.
Ad Pamperzutum	X.
Ad Portiolum	IX.
Ad Paroconum	VIII.
Ad Surgum	VIII.
Ad sanctum Benedictum	XII.
Ad sanctum Syrum	XI.
Ad Zotulas	XIV.
Ad Breydas	X.
Ad Bocchadegandam	VIII.
Ad sanctum Nicolaum	VIII.
Ad Coregium Raynericrum	VIII.

Ad Coregium illorum de Baguolo	VIII.
Ad Coregium sancti Iacobi	VIII.
Ad Coregium Michalorum	VIII.
Ad Coregium Cremascorum	VIII.
Ad Rabiosam	IX.
Ad Coregium Menci	VIII.
Ad Bagnolum sancti Viti	VII.
Ad Baguolum sancti Blasii	VI.
Ad Gazium	VI.
Ad Fornegatam	IIII.
Ad villam novam domini Abatis	V.
Ad Grasparolas	VI.
Ad Monasteriolum	V.
Ad Balconcellum	.....
Ad Pletulas	III.
Ad Ulmatam	XII.

De quarterio Majori.

Ad Ripaltam	VI.
Ad Rodigum	IX.
Ad Motam domini yrigini	VIII.
Ad Sarzenascum	VIII.
Ad Gazoldum	X.
Ad Capalam	XII.
Ad Benedischum	XII.
Ad Ceroxarias	XIII.
Ad Guastum	XI.
Ad Cerlongum	X.
Ad Ceretam	XII.
Ad Voltam	XIII.
Ad Caprianam	XVI.
Ad Godium	VIII.
Ad Brolum	VI.
Ad Soavum	III.
Ad Galescum	IV.
Ad Bibianelum	III.
Ad Maximbonam	X.
Ad	.
Ad Bozolum	XI.

Ad Murengum	VII.
Ad Marmirolum	V.
Ad Silvas	IV.
Ad Roverbellam	VIII.
Ad Turrim Domini Bonacolsæ	III.
Ad Turrim Tribulorum	V.
Ad Castionum Mantuanum	VIII.
Ad Paludem	V.
Ad Canedulum	VII.
Ad Pristuarium	VI.
Ad Ulmetam	VI.
Ad Grezam	VI.
Ad Moxolinam	VI.
Ad Castrum Barchum	V.
Ad Dossum Tribulorum	V.
Ad Fossatum	VII.
Ad Fiubegam	XIV.
Ad sanctum Martinum in Gosnago . . .	XIII.

Finis Libri Septimi.

Note al Libro Settimo.

Alla rub 1ª — Argomentiamo che le prime tredici rubriche di questo libro, eccettuatene soltanto la 10ª e la 11ª, fossero scritte poco dopo la istituzione dei Podestà forestieri, perchè questi soli vi appariscono investiti di autorità suprema e perchè in nessuna di quelle sono neppure nominati i capitani o vicarii. Il modo con cui furono compilate le dette rubriche, e gli esempli di leggi conformi stabilite dai comuni di Pisa, di Brescia e di altre città recano indizii che quelle non solo potessero essere antiche ma neppure state posteriormente riformate od aggiunte. Tali sono quelle prescriventi: 1° — Che ogni cittadino avesse diritto nel proprio quartiere a proporre candidati agli uffici (rub 5ª) e che i nomi dei proponenti si registrassero *per quarteria in quaternis* (rub 8ª)

2° — Che libero ad ognuno l'aspirare ad uffici, i nomi dei proposti scritti *per unum fratrem religiosum* fossero raccolti in urna, dalla quale si cavassero a sorte gli eletti *ab uno puero minore duodecim annis* (rub 1ª e 6ª). Così i comuni, Guelfi per fede, affidarono a sacerdoti il sopravvedere alla scelta dei magistrati per rendere vieppiù sacro e solenne un atto di tanta importanza Fu forse perciò che in Pisa (1) la elezione *officialium* venne prescritta operarsi dal popolo congregato *in ecclesia majore*.

3° — Che si escludessero dalla candidatura i cittadini non provati amici al paese, o minori di età di quindici anni Questa condizione conferma che la legge fosse fatta ad epoca podestarile perchè anteriormente la capacità di esercitare azioni esprimenti pubblica fede era stata conceduta soltanto a coloro che contavano di età diciotto anni, come apparisce dal trattato di pace stipulato in Costanza dai comuni Italiani coll'imperatore Federico (2) Solo

(1) Statut. Lib i, rub. 30ª

(2) Così nel documento riferito dal Lünig *Cod. dipl.* T III, col. 7.

al 1191 si trova memoria che i Mantovani, convenuta *concordia* coi Veronesi stabilirono che *omnes a XV annis usque ad LXX jurare debeant tenere firmam concordiam.*

4° — Che idoneo ad essere eletto *offitialis* fosse chiunque *originarius Mantue* o partenente a famiglia dimoratavi da venticinque anni, (rub. 1ª) o che assentatosi dallo stato e ritornatovi abitasse da dieci anni la città, e possedesse beni immobili del valore di 855 franchi (rub. 7ª).

5° — Che non esercitasse ufficii quegli *qui non sit liber* (rub. 7ª) colui cioè che si fosse obbligato spontaneamente a servire altrui per tempo determinato, e perciò furono *excepti scutiferi, servi, ministeriales et arnaldi* (rub. 3ª). I primi due perchè erano legati a padroni prestando opera e mano alle loro facende militari o domestiche, i terzi perchè stipendiati dallo stesso comune, (rub. 50ª e 51ª) gli ultimi perchè servilmente aiutavano ad esercitare mestieri, e forse ancora azioni disoneste e vietate. Tanto induciamo da statuto scritto in Brescia al 1242 leggendovi: *Quod si aliquis fuerit arnaldus de barateria, ipsi arnaldi non debeant habitare in curia e se bannuti ritornassero capientur et verberentur.*

6° — Che dovendo i magistrati servire personalmente *in exercitibus et cavalcatis*, non era permesso agli ecclesiastici *habendi officium*. Solo fatta eccezione alla legge fu conceduto *non obstante aliquo statuto quod religiosi possint esse massarium Comunis et collectores datiorum* (rub. 7ª).

7° — Che il notajo prescelto ad esercitare pubblico incarico di cui poi non ne fosse capace, dovesse essere *cassus ab officio* e surrogato *a consilio generali* da altro *ydoneo et instructo* (rub. 4ª).

Le rubriche di questo libro che sebbene scritte anticamente dal nostro comune, appajono però essere state riformate al 1303 dai Bonacolsi sono quelle, colle quali i vicarii arrogarono a se diritto di leggere la maggior parte dei magistrati del nostro comune (1); lasciando a popolani elettori soltanto il proporre ad ufficii alcuni notaj, consoli, spie e *camparios* (2). Ed ancora la altra per le quali fu riserbato agli stessi vicarii il decidere della capacità dei notaj, il giudicarli inetti e l'eleggerne nuovi, (rub. 10ª) e perfino *cassandi et repudiandi officiales* che fossero da loro

(1) Si veggano le rubriche 16,ª 17,ª 18,ª 21ª 39ª e 46.ª

(2) Dei campari è scritto alla rub. 2ª del libro X

reputati *suspecti vel non amici*, sebbene stati nominati dal popolo a maggiorità di suffragi, punendone gli elettori di quelli con multa di franchi 81.50

Alla rub. 19ª — Argomentismo che anche questa sia stata scritta al principio del secolo decimoterzo, giacchè scorrendole sorse in noi grave sospetto che i magistrati abbiano potuto essere stati sedotti da promesse loro fatte dai grandi o magnati, i quali appunto all'epoca accennata in questa rubrica ordinatisi in fazioni miravano ad infermare l'autorità popolare Fu perciò che nella medesima si richiese che *officiales* facessero il giuramento di mantenere inviolabili le leggi del nostro comune, di esercitare gli uffici non sospintivi *da odio o da amore*, non trattenuti da timore di minaccie o *signoratici et vassallatici*, e non lusingati da promesse di lucro, ma di operare rettamente, *bona fide e juxta bonos mores Mantue approbatos* Si ha prova poi che il senso originale dello statuto non era stato punto alterato dai Bonacolsi, perchè la proibizione fattavi a magistrati di assoggettarsi a *signoria* od a *vassallatico* apparisce affatto contraria alla volontà ed ai desiderii manifestati posteriormente dagli stessi vicarii Questi infatti alla rub. 1ª del libro VI (scritta, come abbiamo detto, poco dopo al 1299) dichiararono esercitaro *merum et purum dominium, liberum arbitrium in Comune Mantue*, e vollero che al detto loro dominio ed arbitrio servissero *Potestas, judices et alii officiales Comunis Mantue*, i quali *teneantur facere et observare quicquid ipsi domini vicarii dixerint mandaverint*

Alla rub. 22ª e 23ª — A tempi in cui Mantova era governata dal solo Podestà furono poste *mirre*, ossiano *specule quas miras dicimus* (1), tanto *supra turrim Comunis* nella città, quanto sopra altre torri che si elevavano in varii luoghi della provincia. Codesti artificii, oggi detti *telegrafi*, *per insignia que mostraverant* ossia per certi segni convenuti fatti dagli uni e ripetuti dagli altri, servivano a far prontamente conoscere ai lontani gli ordini dati dal Podestà, ed a questo ciò che accadeva al di fuori Riconosciuta l'utilità derivata dalla prima istituzione, poco dopo venne prescritto (rub. 23ª) che fossero costrutte altre *mirre* onde *per insignia que videri possint de die et noete* si ricevessero avvisi da Serravalle e Mantova. Tali artificii vennero dippoi mantenuti

(1) Così è scritto nella Cronaca Padovana riferita dal Rolandino, al lib X, cap. 9.°

non solo dai Bonacolsi, che perciò trascrissero nel loro codice gli statuti che anticamente li avevano ordinati; ma ancora più tardi dai signori Gonzaga. Di ciò si ha prova da lettera scritta al dieci gennajo del 1502 da Lodovico Mantegna *commissario de Capriana* al marchese di Mantova (1); leggendovisi che *cum vide li segni el torresan hier sera essendo suso la torre, io le feci fare lumiera cussi piovendo*, onde il Gonzaga potesse ricevere avviso delle notizie che a lui si volevano significare.

Alla rub. 33ª — È comandato ai terrazzani custodire la torre che ergevasi in Cavriana, ed è ragionevole credere che lo fosse con speciale statuto, perchè quel luogo sebbene forte e munito era stato tolto più volte ai Mantovani da nemici e ribelli al comune (2).

Forse non molto dopo alla promulgazione della presente rubrica fu edificata in Cavriana la chiesa esternamente alla quale fu posta l'iscrizione che dall'Amadei così fu letta

Hoc opus fecit peragere Andreas
De Pergamo in MCCCXXII tempore
Vicariatus patri de Grossis de Ferraria

Al 1461 Lodovico Gonzaga rifabbricate in gran parte le mura della rocca e del castello di Cavriana, entro questo fece erigere un elegante palazzo che gli valse a delizioso soggiorno

Alla rub 45ª — Tutti i comuni Italiani attribuirono molta importanza alla magistratura dei *Massari*, cui avevano affidato l'incarico di tenere conto ed *exemplandi omnes introytos et expensas Comunis* In Mantova anzi, fatta eccezione ad altre leggi fondamentali dello stato (3) fu deliberato che i frati *et religiosi* potrebbero esercitare l'ufficio di Massaro, quasi ad attestare la piena fede che meritamente avevano in loro riposta il governo ed i cittadini (rub 7ª) Prescritte quindi le pratiche che dovevano esercitare i Massari, le più importanti furono di registrare tutte le entrate percette e le spese fatte dallo stesso comune I titoli delle entrate vennero indicati alla rubrica 5ª del libro III; quelli delle spese ora accenniamo raccogliendone notizia dagli statuti del nostro codice Spese legali furono quelle necessa-

(1) Lettera stata da noi pubblicata al Tom II, a pag 48 delle *notizie delle arti e degli artefici di Mantova* 1859

(2) Di ciò fu scritto alla nota apposta alla rub 21ª del libro VI

(3) Alla rub 2ª del lib VII, fu vietato ai sacerdoti aver uffici

rie: 1° — a pagare spie *et nuncios;* 2° — a stipendiare *ministeriales;* 3° — ed ambasciatori, 4° — ed *officiales;* 5° — ad eseguire lavori pubblici; 6° — a pagare soldati o *cavalcatores;* 7° — a comperare carta e cere servienti agli uffici; 8° — a soddisfare le elemosine religiose e beneficienti annualmente prescritte, 9° — *ad salaria* dei giudici e degli ambasciatori privati spediti dai Vicarii; 10° — a le altre che potessero occorrere per *straordinarie* cagioni, nelle quali si vollero comprese le spese occorribili ad eseguire lavori *commissos per dominos Vicarios.* Queste ultime e le altre indicate al numero 9° pare che fossero state giudicate *expense que non essent dicende in publico* e quindi da non doversele sottoporre come le altre all'approvazione *consilii generalis,* ma solo *ut placuerit dominis Vicariis.* Codesti ultimi ordini furono certamente aggiunti dai Bonacolsi all'antico statuto, onde infermare la podestà prima esercitata dalle assemblee, dai Podestà, dal comune e dal popolo.

Spenti i Bonacolsi e succeduti i Gonzaga nel dominio di Mantova, costoro ben presto ridussero i Podestà a semplici pretori e li spogliarono di qualsiasi autorità di governo della quale erano stati investiti da oltre un secolo. Quindi i Massari rimasero soli a rappresentare, sebbene in modo imperfetto, il nostro comune fino all'anno 1573 (1), in cui i Gonzaga, abrogata pur questa cittadina magistratura, vollero così cancellato perfino l'ultimo ricordo dei diritti che un tempo avevano reso illustre e potente il Municipio di Mantova.

(1) A quest'epoca apparendo quindi interessante la magistratura dei massari, daremo a fin d'opera notizie di quelli che la occuparono in Mantova dal 1328 al 1573

LIBER OCTAVUS
STATUTORUM

RUBRICÆ LIBRI OCTAVI STATUTORUM.

RUBRICA I[a]

Liber Statutorum Comunis Mantue pertinentium ad officium Iudicis deputati per dominos Vicarios super aggeribus et laboreriis.

Ordinamus quod Iudex ad aggere deputatus occasione sui officii jurisdictionem habeat plenam procedendi cognoscendi sontentiandi si que questio inter aliquos oriretur occasione eorum que spectabunt ad suum officium. Condempnationes vero faciendas occasione dicti officii vel absolutiones examinentur et fiant de consilio domini Potestatis et ejus familie et in eorum presentia et non aliter et ea que spectabunt ad suum officium possit idem Iudex explicare et cognoscere et terminare etiam sine aliqua porrectione libelli et summarie et extra ordinem ad sui arbitrii voluntatem. Et dicte condempnationes et bamna veniant in Massariam qui ad predicta fuerint deputati per eos ad quos res spectat. Et expendantur in laboreriis faciendos et in illis coutratis quarum occasione fuerint facte et facta. Et hec locum habeant quando laboreria aliqua fiant per Comune Mantue vel aliquas vicinantias sive comunitates et occasione eorum que fiunt et fieri procurantur pro predictis laboreriis et non aliter. Et teneantur dictus Iudex et debeat omnes talias impositas et imponendas et omne avere pertinens ad predicta laboreria vel pertinere debens exigere ab illis qui debent et tenentur solvere tam ab Ecclesiaticis quam a Laycis et facere devenire in eos vel eum qui ad hoc fuerint deputati quod avero expendatur in utilitatem predictorum laboreriorum. Et ille terre et possessiones que non reperiuntur esse alicujus vendantur in consilio generali ad incautum usque ad quantitatem que sufficiat ad solvendum taliem impositam unam val plures pro ipsis possessionibus. Nec possit dictus Iudex de causis civilibus et crimiualibus se intromittere.

RUBRICA 2ª

De laboreriis faciendis pro Comuni Mantue seu pro singularibus personis.

Ordinamus quod si qua laboreria facienda fuerint vel reficienda per Comune Mantue quod illa non fiant nec fieri faciat dictus Iudex nisi primo habita licentia dominorum Vicariorum. Si vero alia laboreria fieri debeant que non spectent ad Comune Mantue quilibet possit dicto Iudici illud denunciare et dictus Iudex dictam denunciationem recipere teneatur et convocare omnes et singulos quos dictum laborerium tanget vel tangere possit. Et quod majori parte placuerit executioni mandare nec aliter ad ipsa specialis nec pro ipsis ad Statutum aliquod teneatur.

RUBRICA 3ª

De pontibus lapideis infra tria miliaria

Ordinamus quod ubicumque infra tria miliaria sint pontes ligni per transversum viarum per decursum aquarum ducalium vel ubicumque expedit infra tria miliaria pontes fieri dicta de causa fiant pontes de lapide ita quod numquam per aliquos habentes ibi aquarum cursus vel expeditio vel denegari vel privari hoc modo quod si fiant super stratis regalibus fiant expensis Comunis Mantue Stratas regales intelligimus Stratam Levatam qua itur Castionum Mantuanum Et stratam de Casteluculo. Et stratam de Campitello. Et stratam de Burgoforte Et stratam de Castelario qua itur Veronam Et stratam qua itur Gubernulum Et stratam qua itur Godium eundo Brixiam Quas stratas dictus Iudex examinare teneatur et fieri facere et aptari Alii vero pontes fiant expensis illorum quibus prodest et illorum etiam qui consueti sunt facere et expensis euntium et redeuntium ex necessitate intelligendo hoc verbum ad arbitrium dicti Iudicis.

RUBRICA 4ª

De ducalibus et ducaleriis.

Ordinamus quod dictus Iudex procuret fieri facere manutenere et refici ducalia clavicas vias barbellos et pontes per totum districtum Mantue expensis habentium possessiones in contratis et locis in quibus predicta debent fieri pro numero bobulcarum tam Ecclesiasticarum personarum quam eciam laycarum et singularium et universitatum in districtu Mantue nulla exceptione obstante. In Civitate vero secundum quod major pars vicinorum concordaret. Et dictus Iudex omnia ducalia communia Episcopatus Mantue et districtus faciet stare aperta et expedita ita quod aque libere habeant suum decursum. Et si aliquis clausisset vel aliquid fecisset propter quod decursus aquarum impediatur faciat aperiri et omnia tolli expensis impedientis et aqua idem liberum habeat decursum. Et si ducalia de novo fiunt facienda faciat fieri et faciat refici et cavari et purgari incipiendo semper a capite inferiori et veniente per ordinem sursum. Et teneatur dictus Iudex quociescumque ab aliquo fuerit requisitum ire et videre aggerem ducalem viam et pontem Episcopatus et districtus Mantue atque clavicas et alia laboreria et omnia alia ad suum officium pertinencia. Et nemo ad transversum ducale vadat nisi per pontes banno XL. sol. par. et restituat insuper ducale in pristinum statum. Insuper impediens aliquod ducale condempnetur in XL. sol. par. et ad interesse omnium quibus nocumentum faceret et nihilominus expedire teneatur. Et Camparii et ducalerii et Consules terrarum teneantur accusare omnes et singulas personas et bestias et plaustrum que transirent ducalia aliter quam per pontes. Et eligantur infra tria miliaria per dictum Iudicem per quemlibet vicinatum duo ducalerii consilio vicinorum et durent per unum annum tantum. Similiter extra tria miliaris eligantur ducalerii in qualibet villa consilio consulis ville unus civis qui habeat facere in villa et alius rusticus. Qui ducalerii cum consilio dicti Iudicis et aliquorum ex viciniis quos Iudex elegerit teneatur facere fieri omnia laboreria et alia opportuna in suis vicinatibus vel locis pertinentibus ad suum officium ducalarie. Et si opportunum fuerit quod aliqua talia

imponatur cause alicujus laborerii vel negocii imponatur pro numero bibulcarum per predictos Iudices ducalerios et vicinos ita quod per eos exprimantur quantitates bibulcarum conferre debentes ad laborerium faciendum. Et quot bibulce habeat quilibet conferre debens et quot denarii solvere debeant per bibulcam. Et Iudex postea talias impositas exigere integre teneatur et laboreria facere fieri et compleri. Fossatum comune inter aliquos recavetur ad peticionem alicujus consortii expensis comunibus.

RUBRICA 5ª

De Aggeribus

Ordinamus quod Iudex deputatus super predictis debeat ex officio suo aggeres districtus Mantue manutenere defendere in bono statu et facere fieri et aptari et compleri et alzari ubicumque et quocumque opus fuerit. Et singulis mensibus teneatur ire et circuire cum suis notariis omnes aggeres districtus Mantue et videre si indigent refectione vel melioramento vel si expedit de novo fieri ubi necesse fuerit. Et quilibet investitus teneatur et compellatur solvere omnes talias et colectas aggerum berbellorum et ducalium viarum poncium et campariorum et omnium aliorum qui imponerentur pro pontibus de quibus esset investitus. Et teneatur in tempore inundationis aquarum ire et stare in Episcopatu Mantue ubi magis expedierit et eciam aliis temporibus quibus fuerit opportunum. Item quod dictus Iudex possit secum ducere de sapientibus Civitatis Mantue qui habent podere suum in illis partibus et cum illis videre et examinare de his que pertinent ad utilitatem aggerum et eorum uti consilio sicut sibi videbitur in omnibus supradictis. Item quod pro predictis faciet dictus Iudex accipi terram suo arbitrio ubicumque voluerit et cui arbitrio eorum quibus predicta comisit faciendis. Et si aliqua rupta erit vel fiet in aggeribus districtus Mantue dictus Iudex faciat illam claudi et aggerem ibi fieri et in bono statu manuteneri. Et possit dictus Iudex vices suas comittere quibus et quocumque voluerit super predictis vel aliquibus predictorum faciendis. Teneatur quoque dictus Iudex singulis mensibus omnes habitantes in villis cujuscumque condictionis sint in contratis ubi timetur de inunda-

tione aquarum facere laborare saltim duobus diebus super suis territoriis ad aggeres ducalia olevions pontes et alia eciam prout magis fuerit opportunum Item quod quilibet rusticus et homo cujuscumque condictionis habitans continue in villis teneatur laborare ad aggeres at ducalia ut melius fiant. Et nullus ministerialis seu officialis possit vel debeat aliquo modo vel causa predictis rusticis vangas nec zapas nec badile nec aliquod aliud quod pertineat ad cultum terre accipere nec impignare. Et qui contrafecerit perdat ambaxatam et ablatum restituat Item dicimus de armis secundum quod superius in adiltione facta sub rubrica de pigneribus et juxta ibi contentum et scriptum tenorem Et dominus Potestas Mantue et ejus familia debeat coadjuvare officium dicti Iudicis et dare auxilium et favorem quocumque petitum fuerit et videbitur expedire et facere et curare quod omnis suprascripta et infrascripta statuta attendantur et serventur precise Et possit habere dictus Index quatuor ministeriales ad suum officium et plures si expedierint qui debeant mutari singulis duobus mensibus. Item quod dictus Iudex ex suo officio in Consilio generali Comunis Mantue et non alibi ad incantum vendere possessiones possit et res cessantium in solutione taliarum et averis pertinentes ad predicta nec non bamnitorum et condempnatorum omni exceptione remota ad sui arbitrii voluntatem. Et si dolo vel negligentie omiserit exigere computetur per suos examinatores in suo salario vel condempnetur in tantundem. Et omnes venditiones facta et que fiant per eum valeant et teneant et dominium et possessio ipso jure in ementem intelligatur traslatum Et Comune Mantue et omnes officiales eas teneantur defendere et nullum volentem impugnare vel venire contra de jure vel de facto audire. Item quod pendente officio dicti Iudicis nullum munus vel donum nisi exculentum et potulentum debeat recipere per se vel alio ab aliqua persona Ecclesiastica vel seculari publice vel privata. Salvo quod in Civitate Mantue nil possit recipere et nullam pecuniam spectantem ad Comune Mantue vel ad singulares persones vel aliquid laborerium possit vel debeat dictus Iudex recipere. Et talis pecunia nomine dicti Iudicis deponi non possit vel debeat sed nomine sui officii vel Masserie vel deganearum vel aliorum quibus spectaret talis pecunia. Item statuimus quod quocies Index contigerit exire de Civitate Mantue in districtum occasione alicujus aggeris vel laborerii vel occasione sui officii tenestur ipse Iudex scribi facere ad Massariam Comunis Mantue

suam andatam et diem qua ibit et post ejus regressum diem quem redibit. Aliter vero nullam solutionem de andata seu occasione andate vel vie percipiat vel percipere possit et solutio aliter facta non valeat.

RUBRICA 6ª

De viis et stratis.

tempore alienaverit inter vivos vel in ultima voluntate reliquerit vel ab intestato ad heredem donaverit in eo casu locum habeant supra dicta quando venditur vel donatur vel in ultima voluntate relinquitur scilicet investitura petende et recipiende et in solucione domino fienda pro investitura et eciam non fiende. Si vero res feudalis fuerit alicujus extimata vel in solutum data per extimatores Comunis Mantue vel alios officiales Comunis Mantue sen vendita non currat tempus duorum mensium investiture petende ei cui vendita vel insolutum data vel extimata fuerit per officiales Comunis Mantue nisi elapsis sex mensibus intra quos debitor potest extimationem exigere. Et omnes predicte consuetudines et jura feudorum valeant et locum habeant in hominibus datiombus in solutum factis per debitores sive per officiales Comunis Mantue et in omnibus venditionibus et emptionibus factis a tempore mortis venerabilis Patris domini Martini bone memorie Episcopi Mantue et eciam fiendis in futurum. Si vero res feudalis date est vel dabitur in solutum non curret tempus duorum mensium illi cui data est vel dabitur nisi elapso tempore infra quod extimatio potest exigi per eum in cujus bonis est facte vel fiet ab inde vero currat ut superius dictam est. Omnia autem que de feudo superius dicta sunt in toto quod ad totum locum habeent et vindicent sibi locum in parte quo ad partem et pro consuetudinibus et jure feudorum approbata in Civitate Mantue et districtu intelligendo de districtu Mantue Gonzagiam et Pigognagam inviolabiliter observetur ab omnibus tam ecclesiasticis quam secularibus Capitulis Collegiis sive Conventibus et in quolibet casu ubi aliquis investituram a domino petere teneatur infra aliquod tempus et ipsam non pecierit non cadet propterea a jure suo quod antea habuisset dum tamen ad requisitionem domini fidelitatem jurare teneatur et semel jurata domino sufficiat pro se et successoribus suis. Hec statuta loquencia de feudis facta fuerunt et firmata presentibus domino Capitaneo et approbante ipso et Ancianis et ceteris sapientibus in mense octobris MCCIC indictione XII salva semper et reservata consuetudine obtanta et servata in insula Suzarie investitaris que cousuetudo talis est Videlicet quod de unaquaque bibulca que clauaura appellatur solvantur et solvi debent ab emptore XXX. sol. Mantue per. Et de unaquaque bibulca que clausura non dicitur XV. sol. Maut. pat. domino Curie insule Suzarie vel qui preest ipsi curie que consuetudo debeat observari Et hoc locum sibi viudicet in preteritis presentibus et futuris.

RUBRICA 2ª

Super blado et legumine.

Statuimus quod nulla persona portare vel conducere seu portari vel conduci facere audeat vel presumat blavam vel legumen in persona navi plaustro vel bestia vel alio quocumque modo extra civitatem Mantue vel burgos sine licentia domini Potestatis. Et qui contrafecerit ammittat legumen seu blavam bovos plaustrum et bestiam super quibus conduceretur et pubblicata deveniant in Comune Mantue. Et insuper delinquentes in predictis et circa predicta puniantur et condemnentur arbitrio domini Potestatis. Item nullus portare vel conducere seu portari vel conduci faciat bladam vel legumen extra districtus Mantue. Et qui contrafecerit punietur arbitrio domini Potestatis inspecta qualitate facti et condicione persone. Item statuimus quod si per aliquam villam seu villis districtus Mantue blava predicta extracta seu extraenda seu districtu Mantue inveniretur ipsa villa vel locus et ville et loca per cujus vel quorum districtus conducerentur puniantur et condemnentur in C. lib. par. qualibet vice et plus et minus ad arbitrium domini Potestatis ad quam condemnationem solvendam cum dictis villis habitantes pro modo facultatem suarum omni privilegio cessante compellantur. Item Consules Comunis et homines cujuslibet ville et loci teneantur et debeant sollicite procurare quod bladum et legumen conservetur in Civitate Mantue et districtu et ut non extrahantur vel conducantur contra formam premissorum et infrascriptorum Statutorum sub pana et bamno domino Potestatis arbitrio auferendis. Item si reperiatur bladum vel legumen extractum esse de aliqua villa vel loco districtus Mantue villa vel locus ex quo vel ex qua extractum fuerit puniatur in C. lib. par. nisi extrahentem vel conducentem infra diem tercium representaverit in forciam domino Potestatis et Comunis Mantue. Et eodem modo teneantur et puniantur ville et loca Comunis Mantue . . . . nisi conducentem predicto modo representarent domini Potestatis arbitrio puniendus. Et cives potentes et magnates et omnes indiferenter in ipsis villis habitantes pro modo facultatum suarum condemnationes inde facte cum dictis

villis omni defensione cessante solvere compellantur Item si aliquod bladum vel legumen reperirentur conduci extra villas que sunt in confinibus districtus Mantue versus alicujus Civitatis districtum intelligatur velle conducere et extrahi extra districtum Mantue et habentes dictum bladum vel legumen seu delinquentes in predictis et circa predicta puniantur et condemnentur tamquam extrum districtum Mantue conduxisse penis superius comprehensis. Et nulla persona cujuslibet condictionis audeat vel presumat verbo vel facto vel aliquo modo qui excogitari possit prestare auxilium consilium vel favorem alicui persone conducenti vel conducere volenti bladum vel legumen extra districtum Mantue et qui contrafecerit pro quolibet et qualibet vice puniantur in L. lib. par. quas si non solverit ad terminum assignatum perpetuo bamniatur et bona sua omnia publicentur et publicata in Comuni perpetuo teneantur. Item ex mero puro et libero arbitrio et voluntate domini Potestatis possint punire et condemnare omnes potentes et magnates et intelliguntur magnates ad ejus arbitrium intellectum et interpretationem habitantes in villis vel locis ubi predicta vel consilia attantarentur. Et quidquid dictum est de blado et legumina idem intelligatur de pane farina et remola. Et predicta et infrascripta omnia et singula intelligantur ad interpretationem et intellectum et purum arbitrium domini Potestatis. Et super custodia bladi et leguminis ponantur superstantes boni et legales si videbitur expedire ad confines episcopatus Mantue videlicet ad terram Sustinenti et Gubernuli et maxime ad pontem Zarie et ad terram Scorzaroli sancti Michaelis Cerexiarum Volte Godii Castioni mantuani et plures si domino Potestati videbitur. Qui superstantes possint petere auxilium et juvamen a Comunibus et hominibus villarum. Et commia villarum et homines teneantur eis prestare auxilium et juvamen sive favorem Et omnia et singula utilia pro custodia blave facere secundum eciam quod videbitur domino Potestati. Qui officiales si fraudem comiserint in suo officio dominus Potestas eos puniat ut puniendi fuerint qui bladum extra districtum contra vetitum conduxerint. Et habeant pro suo salario pro quolibet III. sol par. pro die et sint majores quadraginta annis Item unus bonus et legalis notarius ad quamlibet portam Civitatis Mantue ponatur qui scribat blavam que conducetur per portam predictam in Civitatem. Similiter apponatur Notarius ad portum lacus superioris et ad portum lacus inferioris qui Notarius a conducentibus blavam inquirat ubi illam deponere

voluerint et cujus erit. Et habeant dicti Notarii duos sol. par. pro die si videbitur domino Potestati. Item quilibet demorans extra Civitatem et burgos Mantue possit ire ad quecumque molendina voluerit in episcopatu Mantue et ad Castellarium preter quam ad molendina Olei ad macinandum et que molendina alii possint ire tantummodo terre que sunt super Oleum. Excepimus ab hac potestate seu licentia terras debentes venire Mantuam ad molendina Comunis Mantue et homines ipsarum terrarum qui venire ad ipsa molendina penitus teneantur. Si vero contigerit molendina Comunis Mantue non posse et necesse esse quod blade ad macinandum extra Civitatem Mantue conducantur hec custodia et cautela debeat adhiberi. Videlicet quod dominus Potestas deputare debeat unum de familia sua coram quo per unum Notarium vel duos si unus non sufficeret scribatur nomen cujuscumque conducentis vel volentis conducere bladum ad maciuandum sive conduci facientis et quantitas bladi quod conduceretur cum certo sigillo super posito quam scripturam cum sigillo his qui bladum ad macinandum conduxerit accipiat et representet Officiali deputato ad januam vel ad portam pro blado scribendo. Et in retornatione scribatur etiam farina de dicto blado facta et referatur postea singulis octo diebus Iudici seu alii de familia domini Potestatis ad illud officium deputati ut possit fieri examinatio si opus fuerit ne fraus committatur. Item quilibet volens conducere bladum ad maxinandum extra civitatem Mantue veniat coram domino Potestati vel Iudici et faciat scribi nomen ad pronomen et cognomen et quantitatem et qualitatem bladi et ad que molendina conducerentur. Et si pro navi vel plaustrum vel bestiam vel personam et accipiat sigillum et ipsum sigillum cum blado ad officialem deputatum ad januam seu portam differat et quantitatem et qualitatem bladi dicto Officiali scribi faciat. Salvo quod si aliquis noclerius asinarius vel carezator vellet conducere pro pluribus sufficiat ei unum sigillum cum cautione de representando illud in farinam. Item quilibet volens conducere bladum ad seminandum compareat coram Iudice et juret quod illud bladum accipiet causa seminandi et etiam faciat scribi nomen et cognomen suum et quantitatem et qualitatem bladi ipsius et locum in quo debeat seminari et fiat ei sigillum continens predicta quod sigillum secum deferat. Et si reperiretur dictum bladum non esse seminatum vel reperiretur conduci sine sigillo predicto vel ultra locum dessignatum conductores dominis Potestatis arbitrio condemnentur secundum qualitatem

facti et condictionem persone Et non concedatur sigillum alicui persone per vicem ultra modium concessum. Item dicimus de quolibet volente portare panem quod ultra sex panes a tribus vel parvis vel farina pro usu familie sue portare non possit. Item nullus de curia Barbaxii nec extra Gubernulum debeat ire ad molendina Padi occasione macinandi nisi de villis positis super Padum et si quis ire vellet bladam et farinam scribi faciat officiali in terra Gubernuli deputato qui autem contrafecerit perdat bladum et condemnetur arbitrio domini Potestatis. Et bladum Mantuani districtus sub pretextu macinandi ad alienum districtum non ducatur et fraudem in talibus committere attentantibus valeat melius obviari statuimus et ordinamus quod aliqua persona alicujus condictionis in flumine Minci a terra Maximbone superius sicut territorium protenditur Mantuanum molendina illa tenere vel tenere facere non audeant nec presumant. Et quelibet persona que contrafecerit realiter et personaliter domini Potestatis arbitrio punatur. Et omnes et singuli qui haberent molendina in dicto flumine Mencii a dicta terra Maximbonc superius sicut se extendit districtus Mantuanus talia molendina removere vel removeri facere in totum teneatur et debeat absque mora et unus quisquis repertus negligens in premessis realiter et personaliter Potestatis arbitrio condemnetur. Et hoc statutum in concione vel consilio legatur bis in anno quod factum fuit die mercurii III julii anno domini nativitatis MIII indictione prima. Exceptis molendinis dicte terre Maximbone.

[RUBRICA 3ª

Super revenditoribus bladi et leguminis.

Item statuimus quod nullus revenditor blave vel leguminis farine vel remole sit nec esse possit in Civitate vel episcopatu Mantue et specialiter non permittat dominus Potestas eos uti in mercato blave neque de blava vel legumine emere nisi pro sua et sue familie sustentatione nec stent nec stare possint circa dicta mercata nec aliquid facere in fraudem mercati Et hoc diligenter inquirere teneatur dominus Potestas et ejus Indices faciendo ad se venire omnes qui sunt consueti revendere blavam et ab eis bonam securitatem recipere de predictis attendendis Et si contra

predicta vel aliquid predictorum contrafacientem invenerit auferat ei dominus Potestas pro banno X lib. par. pro qualibet vice Et super predictis eligat custodes unum et plures qui habeant medietatem banni quibus per duos testes ostendentibus credatur. Ex hoc intelligimus de blado nostrali.

RUBRICA 4ª

Super revenditoribus ovorum et pullorum.

Provisum est per dominos Ancianos de voluntate domini Potestatis quod qualibet persona volens portare pullos vel ova ad civitatem vel burgos Mantue occasione vendendi vendere non debeant in aliqua parte civitatis vel suburbiorum Mantue nisi sub voltis palaciorum Item nulla alia persona de civitate Mantue possit nec debeat vendere de predictis nisi sub dictis voltis. Item nullus revenditor vel revenditrix possit nec debeat per se vel per alium emere vel vendere pullos vel ova aliqua die usque ad horam none nec eciam stare sub dictis voltis usque ad illam horam. Item nulla persona vendens fructus possit nec debeat emere aliquos fructus usque ad horam none aliqua die in aliqua parte civitatis et suburbiorum Mantue. Et qui in predictis contrafecerit condempnetur in XX. sol. par. pro qualibet vice et ammissione dictarum rerum. Et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni. Et super his dominus Potestas et ejus familia inquirere teneantur. Item accusatores electi et eligendi inquirere possint de contra predicta facientibus et habeant medietatem condempnationum et fructum qui ammittantur occasione predicta. Teneantur autem officiales deputati ad portas et ad portus ad scribendum blada pro Comuni Mantue predicta omnibus intrantibus civitatem notificare ut melius sciatur.

RUBRICA 5ª

Statuta et ordinamenta super gambaros

Provisum est per dominos Ancianos de licentia et voluntate dominorum Vicariorum quod omnes gambari forenses scilicet qui non sunt de Episcopatu Mantue vendantur juxta turrim novam.

Gambari vero nostrales ibi nullo modo vendantur sed in piscariis et in locis concessis ex forma statuti. Item nullus de civitate vel districtu Mantue vendat de predictis gambaris forensibus nec eos debeat miscere cum nostralibus. Item forenses non audeant vendere aliquem gambarum mortuum sed si contingerit eos habere aliquem mortuum non numerent sed habeant vas in quo statim reponat ita quod noc stent cum vivis. Et de platea reportent. Contrafacientes autem pro qualibet vice et pro quolibet gambaro mortuo condempnetur in XII par. Et super predictis quilibet sit accusator et habeat medietatem bamni. Et super his dominus Potestas et ejus familia et specialiter Iudex ad maleficia inquirere teneatur. Lecta et publicata fuerunt predicta statuta et ordinamenta in generali concione super arengerio modo solito congregata die sabati duodecimo augusti millesimo trecentesimo primo, indictione quarta decima. Tempore domini Raynaldi de Bruneforte Mantue Potestatis.

Finis Libri Noni.

Note al Libro Nono.

Nella prima rubrica di questo libro il comune stabilì al 1299 ordini *super feudis*, dei quali alcuni applicabili alle terre già feudali di tutto lo stato, altri alle sole che erano poste in Suzzara. Abbiamo per lo avanti parlato dei primi (1), ora diciamo dei secondi e delle cause probabili per cui si vollero a tal modo distinti gli uni dagli altri.

Fino dal 1037 gl'imperatori Germani concedettero ai vescovi di Mantova *Suzzariam cum plebe*, la quale sebbene dall'imperatore Federico fosse stata loro confermata all'11 febbraio del 1160, non pertanto al 15 aprile del medesimo anno appariscе posseduta dalla chiesa Reggiana (2). Quindi i comuni di Mantova e di Reggio spogliati i lor vescovi dei diritti regali contrastavano fra loro il dominio in Suzzara che dai secondi al 1204 venne occupata colla forza dell'armi (3). Poco dopo i Mantovani strettisi in lega ai Cremonesi ed ai Modenesi, questi ultimi *iverunt in servitio Mantuanorum in seditione Suggiariae* (4), che i Mantovani coi suoi collegati non avevano ancora potuto espugnare al 1209, nè la poterono forse dipoi (5). Narrano anzi le storie che solo al 1262, i Mantovani ebbero Suzzara ma loro ceduta a condizioni di accordo dai Reggiani; e che un anno dopo *Suzzaria capta fuit per partem illorum de Ripa et Saviola et eam tenuerunt contra Mantuanos*

---

(1) Alla nota apposta alla rubrica 7ª del libro II.

(2) MURATORI. *Antiq. Ital. med. aevi* T. VI, col. 251. Il VISI dubitò che *sulla plebania avesse giurisdizione il vescovo di Reggio; degli utili il vescovo di Mantova.* (Op. cit. T. II, pag. 299.)

(3) MURATORI. *Rer. Ital. script.* T. VIII.

(4) Lo stesso, ivi. T. XI.

(5) Lo stesso, ivi. T. VIII.

qui in vigilia Sancti Andree ceperunt eam, ed al 1264 *circha Suzarie combusta fuit per Mantuanos et expulsa fuit pars illorum de Gorzano de Matina* (1).

Al 1291 poi i vescovi di Reggio e di Mantova ambedue ricordevoli dei privilegi e diritti loro anticamente conceduti dagli imperatori reclamarono dai Mantovani il possesso di Suzzara. Il comune deliberatamente respinta la domanda del prelato Reggiano convenne con quello di Mantova che mantenuto dominio del luogo lascierebbe ai vescovi usufruirne il possesso delle terre loro anticamente feudali. Fu perciò scritto alla rub. 5ª del libro I *quod insula Suzarie est de districtu Mantue* e che ripetendoselo alla 56ª del libro VI fu aggiunto: *salvo jura episcopatus et capituli Mantue*.

Dalla prima rubrica di questo libro rilevasi poi che i diritti esercitati in quel luogo dai vescovi si risolvevano a concedere *investituras* ai cultori le terre Suzzaresi, ed a riscuotere dagli investiti franchi 24: 44 *pro unaquoque bibulca, que clausura apellatur* e franchi 12: 22 per qualunque altra *que clausura non dicitur*. Dal che chiaramente apparisce che gli antichi *jura feudalia* erano già stati dal comune mutati a semplici diritti enfiteutici e si scorge che siffatta legge doveva pur valere anche per gli Ecclesiastici, onde nella stessa rubrica fu dichiarato che tale dovessa pur essere *consuetudinem obtentam et servatam in insula Suzarie*. Induciamo pur anco che se i vescovi esercitarono diretto dominio sopra tutte le terre Suzzaresi, di alcune ne avessero eziandio la proprietà, e perciò di queste nominate *clausure* ricovevano a livello il doppio prezzo di quello che loro era pagato dai tenitori le altre terre. Così negli statuti Bresciani sono indicate *clausure* i beni pertinenti *Ecclesie S. Stephani, Ecclesie S. Martini* e ad altre chiese e monasteri, ed al 1252 parlando di cosifatti possessi è scritto che *nullus pressumat accipere decimam vel clausuras Brixienses nisi in presentia dominorum quorum est*.

Sembra che i vescovi di Mantova avessero ancora più tardi mantenuto l'esercizio degli accennati diritti in Suzzara, perchè affermò il Visi aver letto in registro pertinente alla famiglia degli Ippoliti marchesi di Gazzoldo che *dal* 1330 *al* 1467 i *marchesi Ippoliti sempre furono investiti* (o meglio subinvestiti) *del feudo di Suzzara ma poi ne furono spogliati per la pretesa caducità del detto feudo al Vescovado di Mantova*.

(1) *Brev. Chron. Mant.* op. cit.

LIBER DECIMUS
STATUTORUM

RUBRICÆ LIBRI DECIMI STATUTORUM.

Rub. 31 — De arbore nocente aree vel domui alicujus.
» 32 — De lignis non ferendis sine consensu campariorum.
» 33 — De camparus villarum.
» 34 — De furantibus vel damnum dantibus blavis vel leguminis.
» 25 — De campario per dominum eligendos.
» 36 — Quod nemo arrivet nisi ad portus solitos.
» 37 — Quod dominus pro famulo tenestur.
» 38 — Quod liceat camparus damnum dantes capere et detinere.
» 39 — Quod damnum dans de nocte condemnetur in duplum.
» 40 — De damnis dantibus in regiolis vignalium.
» 41 — Quod credatur damnum passo.
» 42 — Quod post tertium sonum campane nemo exeat portas in vignale.
» 43 — Quod eligantur quod fiant facere curlos et spinatas.
» 44 — De ovibus capris equabus et porcis non tenendis qui vadant in vignale ad pasculandum.
» 45 — De accusatoribus privatis.
» 46 — De legnamine bacie non vendendo.
» 47 — De duodecim bonis viris eligendis pro custodia vignalis.
» 48 — Quod camperii non bibant et non concedant in burgis aut villis circumpositis sue custodie.
» 49 — De lignis non deferendis de vignali ad faxos.
» 50 — Quod quilibet possit vindimiare quando voluerit.
» 51 — Quod quilibet possit uvas et fructus a possessionibus suis deferre.
» 52 — Arbitrium Potestatis super plaustris et bracentis per vindimiam.
» 53 — Quod quilibet possit ad vindemiam carezare.
» 54 — Quod vindemiatores uvas non deferant.
» 55 — De cena non dande vindemiatoribus.
» 56 — Quod liceat dominis rerum damnum dantes capere et detinere.
» 57 — De vignali cercando per iudicem.
» 58 — De dominis non ie sollicitandis.
» 59 — Quod predicta legantur in concione.
» 60 — De remissione damnorum prohibita.
» 61 — De terris extra tria miliaria custodie proximi uris ville assignandis.
» 62 — De alienis ovibus non tenendis.
» 63 — De camparus debentibus custodire a Formigosa usque ad aggerem novum.
» 64 — De camparus ante Menci.
» 65 — De camparus Cerorie.
» 66 — De camparus Bagnoli Sancti Viti.
» 67 — De camparus Bagnoli Sancti Blasii.
» 68 — De custodia Teyeti terrali Ridevalis et Fere.
» 69 — De restitutione equorum.

RUBRICA 1ª

De custodia vignalium.

Primo statuimus et ordinamus quod custodia vignalium extendetur et sit per tria miliaria incipienda mensura a portis exterioribus Cerexiarum et Aquadrucci. Et a portis esterioribus Porti et Sancti Georgii. Et procedendo per stratas extra et per Regiolas in quacumque parte usque ad tria miliaria signata terminis lapideis olim fixis pro Comuni Mantue, et tamen custodiantur per camparios vignalium et non ultra. A dictis vero terminis ultra quod superest extra custodiantur per villas proximiores et sit de custodia villarum proximarum. Salvo tamen quod sit de jure et custodia consueta alicujus ville seu burgi circumstantis dicta villa vignalia comprehenderent inter dictos terminos custodia vignalium Mantue quod jus et custodia solita illius villo vel burgi propterea non intelligatur esse nec sit diminuta. Sed intelligatur esse sit integra et in solita quantitate. Itaquoque unaqueque ex predictis sivo sit villa sive burgus possit terris et possessiones positas in solita sua custodia facere per suos camparios custodiri. Et ex ipsis exigere et percipere campariam non obstante quod ille terre et possessiones comprehendantur et sint intra dictos terminos trium miliarium custodie vignalium Mantue. Additum est hoc quod custodia dimittatur villis secundum quod antiquibus consueverunt habere. Et qnod tam infra tria miliaria quam extra possint et debeant custodire et facere accusationes suas eorum consulibus justicie Mantue. Nec in illa parte statuta loquantia de custodia vignalium per camparios facieuda debeat habere locum.

RUBRICA 2ª

De ministerio campariorum et electione eorum.

Item statuimus quod octo camparii pro quolibet quarterio eligatur sorte in consilio generali et mittantur pro quarterio sortes. Sintquo tres sortes et tres electores ad electionem uniuscumqua

camparii facienda. De quibus tribus electoribus ubi duo concordes fuerint possint eligere non obstante quod tertius discreparet. Sint autem camparii eligendi de corpore civitatis Mantue triginta annis majores homines bone fame et sint cives Mantue et intelligatur civis quando ad querendum habere sortem steterit in corpore civitatis Mantue per triginta annos ita tamen quod aliquis qui consueverit stare in burgo Portus vel Sancti Georgii licet stetisset in civitate Mantue scilicet in corpore civitatis non possit esse camparius nisi per decem elapsos annos in corpore civitatis Mantue stetisset ante electionem noviter de campario facienda. Quod si contrafactum fuerit non valeat ex nunc electio facta de tali persona sed ipso jure talis electus debeat cassari et pro casso esse intelligatur. Nec accusationes facte per ipsum sic electum valeant nec teneant sed pro casso habeantur nec contra accusatum procedi debeat. Et talis sic se intromittens de dicto officio insuper condemnetur arbitrio Potestatis. Et insuper dicti Camparii vel aliquis ipsorum non audeant nec presumant tenere aliquam mulierem in castro vel burgo Portus vel sancti Georgii nec Cerexiarum nec in domibus extra portas Aquadrucci nec alibi in aliquo loco custodie sue pena et banno Potestatis arbitrio auferendis pro qualibet vice qua fuerit contrafactum. Et nullus possit loco alterius substitui in officio camparii. Durare quoque debeat per annum in dicto officio et vacare per duos annos. Et hoc locum habeat in campariis tam qui olim fuerint Camparii quam qui de cetero eligentur. Comunitas quoque et homines burgi Cipate possint Camparios eligere et habere quotcumque voluerint pro se suam solitam custodiam custodituros et accusatores et facturos quod ex forma superioris Capituli posse fieri peribatur.

RUBRICA 3ª

De securitatibus campariorum.

Item electi infra triduum prestare debeant pro quolibet ad minus quatuor bonos et ydoneos fidejussores ad Massariam Comunis Mantue de attendendis et observandis omnibus et singulis mandatis Potestatis et Comunis Mantue eis et cuilibet eorum occasione custodie et sui officii faciandis. Et de attendendis et ob-

servendis omnibus et singulis in statutis presentis voluminis comprehensis. Et de solvendo quicquid occasione sui officii fuerint condemnati. Et condemnationes de eis vel eorum aliquo factas securitates ipsorum infra diem tertium teneantur pro campario pro quo fidejusserint solvere. Et ad solvendum omnino cogantur.

RUBRICA 4ª

De salario campariorum.

Et pro suo salario et mercede sue custodie exigere et percipere possint sex par. Mant. de qualibet bibulca terre vineate et prative et quatuor Mant par de qualibet bibulca alterius cuiuscumque possessionis et non ultra. Et insuper habere debeant tertium partem condempnationum vel bamnorum factorum pro suis accusis vel denunciationibus Et possint de dicto suo salario seu mercede solutionem accipere ante festum Sancti Michaelis Et si in aliqua predictarum quantitatum salariorum accipiendorum contrafecerint puniantur in XX sol par et restituatur quod contra predicta extortum vel habitum foret.

RUBRICA 5ª

De porta sancte Iulie.

Item statuimus quod porta ordinata fiat in capite burgi portus ex adverso Ecclesie Sancte Iulie ita quod aliquis ad damnificandum in vignalia de nocte exire non possit.

RUBRICA 6ª

De campariis debentibus stare de die et nocte ad portas.

Item quod ex dictis camparii duo de nocte iacere debeant ad quamlibet portarum Portus et ad Curlam et de die continue

unus ad eas stare. Et teneatur cercare venientes de vignali et maxime habentes saccos vel paneria vel alia similia ne aliquid vetitum aliquo modo per aliquem deferatur. Et de ferentes contra vetitum accusare. De quibus accusationibus fiat condemnatio. Et puniantur delinquentes vel uti puniendi sunt qui reperiuntur aliquid contra vetitum per custodiam vignalium aportare. Et qualibet vice quando aliquis camparius non fuerit repertus ad portam custodie sue qui stare debuisset vel deberet condemnetur X. sol. par. pro nocte qualibet et V. pro die. Et ipsi camparii non debeant venire in Civitate nisi causa faciendi accusas suas intelligendo a campana officialium de mane usque ad retornum post tertias et si repertum fuerit ipsos vel aliquem ipsorum contrafacere condemnetur qualibet vice V. sol. par. salvo quod camparii pro medietatem ipsorum possint venire pransum. Ed in reditu alii camparii pro alia medietate possint tunc venire Mantuam.

RUBRICA 7ª

De campariis debentibus stare de nocte ad portas.

Item debeant dicti Camparii de nocte omnes stare ad portas seu custodio toto tempore sui officii videlicet ex campariis vignalium quarterii majoris duo per portas singulas burgi portus. Ex campariistu vignali Sancti Georgi duo per portas singulas burgi Sancti Georgi. Camparii vero vignalium Cerexiarum omnes ad portam de foris Cerexiarum. Et camparii vignalis quarterii Sancti Jacobi omnes ad portam Aquadrucci de foris. Addimus quod unus vel duo de dictis campariis pro quarterio possint ire et stare de nocte extra portas per vignale occasione sui officii exercendi et qui contrafecerit aut in dictis custodiis observandis defecerit vel neglexerit condemnetur qualibet vice in XX sol. par.

BUBRICA 8ª

De cronicis custodie.

Item statuimus quod de terris et possessionibus positis inter terminos trium miliariorum custodio vignalis Mantue fiant quatuor

Cronice ita quod pro quolibet quarterio una in quibus singulis cronicis scribantur et reducantur terre et possessione vignalium singulorum quarteriorum et nomina habitantium illas terras et possessiones per contratas per ordinem.

RUBRICA 9ª

De servitio non recipiendo per camparium.

Item statuimus quod aliquis camparius vimedris vel penzarolus pro quibus penzarolis vimedri tenerentur non possint alicui servitium petere vel percipere occasione sui officii. Nec fructus emere de his que sint in sua custodia. Nec societatem habere cum aliquo revenditore fructuum nec ducere secum aliquam personam per vignalia sue custodie a Kalendis maii usque ad sanctum Michelem nec mustum facere nec aliquibus dare dampnum nec laborare terram quam ante electionem factam de se non laboraverit. Nec accipere fructus vel legumina vel vinum nec aliquid aliud in fraudem facere vel exercere. Et qui contrafecerit puniatur arbitrio Potestatis preteres quod aliquis camparius non debeat tenere bestias tempora sua camparie.

RUBRICA 10ª

De accusationibus faciendis per camparios.

Item quod duo tantum ex ipsis campariis debeant simul ire ad custodiam per contratas sue custodie sicut eis videbitur pro sua custodia facienda et duobus ex campariis vel uni cum uno teste ad minus credatur in suis denunciationibus vel accusis. Ita tamen quod nomina campariorum accusantium in denunciationibus vel accusis quas fecerint apponantur.

RUBRICA 11ª

Infra quantum tempus camparii accusare debeant.

Qui camparii tenentur et debeant accusare vel denunciare infra tertiam diem Potestati seu Iudici deputato super damnis datis ex quo datum fuit dantem vel dantes damnum. Et bestiam vel bestias facientes damnum. Dicendo diem damni dati et locum ubi damnum datum fuit cum duabus coherentiis ad minus et in quo et qualitate damni. Et utrum datum sit intra vineta aratoria prativa vel buschiva et sic de aliis.

RUBRICA 12ª

De memoriali Iudicis.

Iudex autem predictus damnorum datorum teneatur habere unum quaternum pro quarterio qui vocetur Memoriale damnorum datorum a quo memoriali ejus Notarius teneatur ad memoriam ipsius Iudicis in scriptis reducere omnes accusationes et denuntiationes damnorum datorum die eadem qua facte fuerint etiam in libris his ad que fieri facienda ipse Iudex expresse teneatur. Et notarius qui neglexerit vel omiserit predicta facere condemnetur pro qualibet vice in C. sol. par. Comuni Mantue persolvendis.

RUBRICA 13ª

De pena camparii fraudem committentes.

Si vero aliquis camparius repereretur facere vel committere falsitatem vel fraudem tam in suo officio tam in accusationibus falsis quam in recipiendis servitiis tributariis cassetur ab officio et condemnetur arbitrio Potestatis inspecta qualitate excessus conditione persone. Addimus quod quando aliquid dederit campario vel alicui officiali impune possit accusaro de boc.

RUBRICA 14ª

De termino dato ad inquisitionem faciendam super actis ad condemnationem vel absolutionem.

Item statuimus quod infra XV dies ex quo facta fuerit accusatio vel denunciatio de damno dato fiat inquisitio et fiat condemnatio vel absolutio cum restitutione damni in duplum vel extimationis damni ipsum damnum passo. Et procedatur et cognoscatur contra accusatum et culpabilem ex officio et summarie omni die exceptis sollemnibus in honorem domini introductis. Data dilatione saltem quinque dierum et non ultra ad defensionem et probationem faciendam nisi justa de causa prorogaretur. Et si campari non accusaverint vel denuntiaverint modo et ordine supradicto et appareat damnum datum ad restitutionem damni dati condemnetur petenti passo. Vidalicet in quinquaginta sol. par. pro quolibet damno salvo quod damnum passus de damno suo quod majus sit probare possit. Et probati camparius compellatur et condemnetur in quantitate probata et per eundem Iudicem ordinata. Et in omni casu campari compellantur expensas petentibus et obtinentibus contra restituere et solvere.

RUBRICA 15ª

Quod Iudex curam adhibeat circa defensionem.

Teneatur quoque Iudex damnorum datorum diliganter curam adhibere circa defentiones et probationes accusatorum ac eciam circa testes qui producerentur occasione damnorum datorum nec fraus nec falsitas aliqua committatur.

RUBRICA 16ª

Quod concedatur damnum passo

Et concedatur damnum passo contra camparios cum sacramento usque ad X. sol. par. et usque ad XX cum sacramento et uno bono teste habendo. Ita tamen quod quilibet damnum passus volens restitutionem damni petere teneatur illam petere infra duos dies ex qua perhenderint de damno suo dato ab inde facto omni die denuntiationis et accusationis. Et ultra terminum cognitionis vel denuntiationis superius dicte ab inde vero superius non audiatur nec possit illius damni restitutionem illo modo petere hactenus. Et ille qui petierit emendationem damnorum a campariis sive fuerit eis condemnatus camparius sive non accusari vel denuntiari non possit per ipsos camparios vel aliquem ipsorum toto tempore offitii eorum vel eciam aliquis de sua familia vel mezadris vel aliis colonis partiariis nisi probatum fuerit damnum datum esse per duos testes vel per unum bone fame.

RUBRICA 17ª

De vindemiis et eorum accusatoribus

Item statuimus quod vimedri electi in vicinantiis vignalis per vicinos aut per tres partes eorum possint et debeant accusare dantes damnum. Et credatur accusationibus et denuntiationibus eorum quasi ad modum camparii. Quas accusas facere debeant eodem modo ut dictum est de campariis.

RUBRICA 18ª

De damno infra tria miliaria non remittendo.

Item statuimus quod damnum aliquod datum infra tria miliaria aliquatenus remitti non possit.

RUBRICA 19ª

De damno per camparium emendando.

Item statuimus quod si damnum aliquod fiat casu aliquo in vineis vel pratis vel arboribus vel blavis vel leguminis vel fructibus vel aliis rebus positis in terris que sunt in custodia vignalium civitatis Mantue et damnum sit ultra tres lib par in eo quod esset ultra III. lib. par. Mantue Comune Mantue illud emendare teneatur Camparii vero usque ad quantitatem trium librarum emendare teneantur nec ille qui passus fuerit damnum velit illius damni datorem vel culpabilem aliquem convenire Quo casu neque Comune Mantue neque Camparii teneantur. Et dantes damnum vel culpabilis si reperiantur condemnet Potestas ad restitutionem damni in duplum et plus suo arbitrio Si quis autem fraudolenter sibi damnum dederit vel dari fecerit Potestatis arbitrio puniatur et ullam restitutionem percipiat idem. Salvo tantum statutis contra illos de Portu et de Sancto Georgio factis.

RUBRICA 20ª

Quod bestie non dent damnum.

Item statuimus quod bestie alique non dent damnum aliquem nec eciam intrare possint nec intrent in aliqua terrarum vel possessionum dictorum vignalium plenam vel vacuam pena et banno X. sol par pro qualibet bestia grossa et quinque sol. par. pro qualibet bestia minuta et insuper restitutionis damni in duplum ab hinc Et si qua bestia alicujus qui non solvat fodra cum Comuni Mantue damnum dederit illa bestia condemnetur. Et liceat eciam cuilibet illam capere et detinere donec integraliter satisfiat.

RUBRICA 21ª

Quod nemo vadat per aliquam terram vel possesionem vignalium nec per regiolas vignalis.

Item aliqua persona non audeat vel presumat ire per aliquam dictarum terrarum vel possessionum plenam vel vacuam nec ire etiam per regiolas dictorum vignalium nisi iret ad possessiones suas ad quas iretur per ipsas regiolas vel nisi iret cum persona non suspecta habente possessiones juxta regiolas predictas ad quas dominus rei duceret cum secum. Et qui contrafecerit puniatur arbitrio Potestatis tamquam si damnum dare repertus fuisset. Et si camparii negligentes fuerint accusare predictos contrafacientes condempnentur in X. sol. par. pro qualibet vice et qualibet casu.

RUBRICA 22ª

Quod bestie non mittantur ad pasculandum per vignale.

Preterea alique bestie non ducantur nec mittantur vel teneantur ad pasculandum per regiolas dictarum terrarum et possessionum vignalium pena et banno ad arbitrium Potestatis.

RUBRICA 23ª

Quod liceat cuilibet bestias pascere super possessionibus propriis et super pratis alienis cum licentia domini.

Liceat autem cuilibet pascare bestias super sua possessione toto tempore et a festo sancti Michaelis in antea usque per totum mensem januarii secuturum. Liceat pascere super pratis alienis cum licentia domini. Ita tamen quod de ipsa licentia sit scriptura

in memoriali judicis supradicti damnorum datorum in actis scripta prius quidem facta quam ille repertus fuerit pascere super illis alienis pratis. Item liceat pascere super stratis sine damno et non possit per aliquem dari licentia de pascendo super alia possessione quam pratis nec aliter quam dictum est.

RUBRICA 24ª

Arbitrium Potestatis et sue familie super vignalibus.

Item statuimus quod Potestas et ejus Iudex habeant plenum et liberum arbitrium puniendi et inquirendi in avere et persona super custodia vignalium Civitatis Mantue terreni et ortorum et brolorum circumstantium Civitatis vel positorum intra Civitatem vel suburbio. Et exigendi condemnationes que condemnationes solvi debeant in pecunia numerata et tam in bannis et penis certis et expressis in ipsis statutis superius notatis quam ubi banna et pene non exprimuntur seu non limitantur augendi diminuendi condemnandi et absolvendi ad suum liberum arbitrium et voluntatem inspecta qualitate excessus et condictione persone.

Hec autem omnia et singula statuta prescripta super custodia vignalium Civitatis Mantue solemniter et ita omnibus et singulis statutis Comunis Mantue que obstarent in predictis vel alicui predictorum ex certa scientia debeat derogare precise et inviolabiliter observanda. Et ubicumque dicitur de masculo intelligatur per omnia de femina esse dictum.

RUBRICA 25ª

Quod singulis diebus lune Potestas faciat cridari super damnis datis.

Et singulis diebus lune Iudex cui fuerit commissum officium faciat cridari quod quilibet cui damnum aliquod esset datum de quo non esset facta accusatio per camparios vinedros vel penzarolos veniant ad capiendum satisfactionem damni sibi dati ubi camparii fecerint depositum seu securitatem secundum formam Statutorum Comunis Mantue.

RUBRICA 26ª

De uno officiali Iudice vel Notario deputando super custodia vignalis.

Et per dominum Capitaneum si viderit expedire et sicut et quando ei placuerit eligatur et deputetur unus officialis Iudex vel Notarius vel alius probus vir super custodia vignalium qui sequitur officialis et superstans vignalium. Vignalium custodiam cum omni diligentia curaturus Et ipsum vignale per dies singulos personaliter lustraturus ut fuerit melius. Cujus sana officium ordinetur et reformetur sicut domino Capitaneo videbitur pro utilitate custodie supradicte cum provisione salarii et aliis opportunis

RUBRICA 27ª

De campariis Mejereti et Monticellorum

Statuimus quod unus Camparius in Mejereto per habentes ibi possessiones Et unus in Monticelis ultra Ridevalum per habentes ibi possessiones vel hortos alligantur sorte in consilio de mense jennuerii. Qui camperii custodiant per dictas suas custodias. Et durent per annum unum. Et habeant pro suis salariis quantum eis providebitur in dicto consilio per illos quibus electio pertinent et insuper terciam partem condempnationum provenencium ex accusis quas fecerint et non habeant partecipare custodias vel salaria inter se Sed magneque custodia sit per se et fiat per suum camparium et sit officium dictorum campariorum atque teneantur dicti camparii omnibus et per omnia quale est officium campariorum vignalium Mantue et ut camparii tenentur.

RUBRICA 28ª

De restitutione incendii et damnorum Civitatis

De domibus et rebus combustis in Civitate Mantue vel suburbiis et rebus que destruerentur vel devastarentur vel pejorarentur vel ammitterentur occasione incendii vel ignis Potestas Mantue faciat mendum fieri per Comune Mantue. Et si quis sibi incendium fecerit vel alio modo damnificaretur in predictis in fraude et de damno restitutionem reciperet vel peterit a Comuni Mantue Potestas auferat ei pro bamno L. lib par quod bamnum si non posset solvere amputetur ei manus et de damno nullam habeat restitutionem et recepta restituat

RUBRICA 29ª

De damnis datis in vineis blavis arboribus vel nemoribus.

De damnis datis in vineis que incenderentur vel spampanarentur seu lacerarentur vel fratis vel blavis vel arboribus Et in blavis si in domo seu area comburantur et nemoribus si comburentur seu incidantur. Et in feno vel domibus vel bestiis vel aliis combustis rebus vel devastatis in Episcopatu Mantue vel districtu videlicet in villis burgis et aliis locis seu guardis vel territoriis eorum

Statuimus quod Potestas vel ejus Iudices faciant omnes milites et pedites et omnes alios ibi habitantes emendare damnum cum expensis factis in causa in qua causa sufficiat Consul terre ad agendum et destendendum sine libelli porrectione et alia sollempnitate et fine inde ordinario. Et Ecclesias illorum locorum si Ecclesie ille expresse remiserint restitutionem sui damni eandem remissionem possit facere quilibet habitator loci qui non stet in fodris et in scufiis cum hominibus ville Et Comune ville possit per ordinamentum hoc remittere in concordia omnium hominum illius ville vel duorum partium Salvo jure dominorum rerum qui nihilominus pro suo jure agere possint. Et habeat locum in eis

hoc statutum nec faciat prejudicium ordinamentum alicujus ville alicui qui non sit de colegio nisi ipse consenserit Et si alicui acciderit damnum ordine superius dicto Comune terre ubi dictum damnum datum fuerit totum illi qui sustinuerit teneatur emendare cum expensis in causa factis nisi qui fecerit appareret habilis et sufficiens ad conveniendum et ad emendandum damnum.

RUBRICA 30ª

De restitutione facienda per Comunia Villarum postquam fuerint condemnata.

Item Potestas Mantue et ejus Iudices teneantur postquam condemnate fuerint universitates cum hominibus pacte damnum passis restitui facere super quocumque damno Et compellantur omnes milites et pedites et habitantes et etiam jurisdictionem habentes solvere suas talias per universitates eis impositas per libras in concordia dominorum ad postulationem scindicorum vel sciudici vel consulis in mense postquam talie fuerint imposite sine libelli porrectione vel ordinario jure et omni alia sollempnitate. Ita tamen quod cives Mantue habitantes in villis non teneantur solvere de incendiis vel damnis datis nisi pro illis rebus quas haberent in villis in quibus habitnut que res subsunt vel subesse possunt casui incendii. Reliqui vero qui non cives Mantue habitantes in villis teneantur solvere pro omnibus suis bonis. Cives autem Mantue habitantes continue Mantuam non teneantur in aliquo. Et si damnum fuerit emendandum per universitatem damnum passis et postea appareat qui damnum dedisset quod universitates habeant vel habere possint contra illum vel illos qui damnum dedissent et in damno et expensis regressum. Et de hoc cognoscat Potestas et ejus Iudices ex officio summatim sine libello et datia. Et si aliqua terra que non habitaretur ubi fierent predicta vel in territorio ejus proximior terra sive locus qui vel que habitaretur et restituere posset teneatur ad restitutionem tamquam si ejus territorium accidisset.

RUBRICA 31ª

De arbore nocente aree vel domini alicujus.

Arbor que noceat domui vel aree alicujus non debeat permanere si ille cujus aree nocebit auferri facere voluerit. Et qui contrafecerit vel abstulerit causam postquam ei denuntiatum fuerit infra octo dies per illum cui nocebit post denuntiationem condemnetur in X. sol. par. et nihilominus auferre debeat. Licitum quoque sit cuilibet supra terram cujus aliqua arbor pendet vel rami ejusdem denuntiare domino quod illam incidat vel incidi faciat. Et si infra octo dies non inciderit liceat illi supra cujus terram penderet dicta arbor vel rami ejusdem ipsam impune incidere vel fructus pendentes suam terram colligere et habere Et quod dominus arboris non possit illos fructos pendentes super alieno percipere vel habere et si perceperit vel porcipi fecerit condempnetur in C. par. medietas quorum sit accusatoris Item nemo possit facere tejete neque bauchum penes aream alicujus que in altitudine ascendat ultra VI brachia et per que nocere possit ipsi aree aliene pena predicta. Et si fecerit teneatur auferre.

RUBRICA 32ª

De lignis non ferendis sine consensu campariorum.

Ligna humida vel sicca vel spinosa non ferat aliqua persona super dorsum vel aliter nisi de suis possessionibus accipiet vel aliene cum verbo domini bamno trium sol. par qualibet vice et emendationis damni in duplum. Et nulla persona de lignis predictis sic nductis ab aliquo emat vel alien vendat bamno predicto. Si vero alicui non habenti vineas vel arbores inventum fuerit lignamen in domo vel area vel curte vel alibi teneatur reddere rationem unde et quomodo illud babuerit et si non reddiderit rationem presumatur illud abstulisse damnose. Et priori conquerenti de eodem damno de predicto lignamine sibi invento satisfa-

core compellatur tamquam constiterit eum damnum dedisse. Et quilibet presumatur damnum dedisse qui vineas vel fructus non haberet in illa parte qua abstulerit de illis. Et tam accusatores quam camparii teneantur accusare contrafacientes. Item nullus intret brolum vel aream alicujus sine licentia ipsius rei vel ejus uxoris vel filii majoris XX annis banno arbitrio Potestatis.

RUBRICA 33ª

De campariis villarum.

Statuimus quod quelibet universitas ville nostri episcopatus infra XV dies mensis januarii eligere teneatur duos camparios vel unum qui custodiat terras et possessiones positas in territorio dicte ville et ipsa villa. Et habeant camparii vel camparius pro suo salario quod promissum fuerit ab ipsa universitate. Salvo quod de terris civium vel incolarum Mantue habeant unum imperiale de quelibet bibulca vel minus si minus solvent aliquis de universitate a laborantibus possessionum et tertiam partem condempnationum. Et teneantur camparii vel camparius infra XV dies ex quo dampnum datum fuerit accusare damnum dantes et bestias et familias qui damnum dederint et diem damni dati et in quo loco datum fuerit et credatur campariis nisi probaretur contrarium. Quod si facere omissum fuerit non admittatur amplius accusatio camparii pro illo damno sed damnum passo emendare tenеantur. Et credatur damnum passo usque ad X. sol. par. cum sacramento usque ad XX sol par cum uno teste ab inde ultra usque ad L per testes plures si autem fuerit ultra vel de eo quod ultra esset comune ille loci teneatur. Et liceat campariis si invenerint bestias sine custode capere eas et detinere donec sciverint cujus erunt vel pignus habeant de damno dato. Item liceat campariis si invenerint aliquem quem non cognoscant dannum dantem vel damnum dedisse personaliter eum capere et detinere et ducere ad villam vel ad forciam Comunis Mantue prebito eis auxilio a Comuni Mantue si fuerit postulatum donec pignus habeat de damno dato vel securitatem bonam. Liceat etiam domino rei in qua datur vel datum est damnum etiam capere bestias vel personas damnum dantes vel qui damnum dedissent et detinere donec sciverit cujus sint.

RUBRICA 34ª

De furantibus vel damnum dantibus blavis vel leguminis.

Herbam vel blavam nec legumen nemo accipiat nec damnum de alicui et contrafacientes condemnentur pro quolibet V sol. par. qualibet vica et emandationem damni in duplum et uni soli testi bone opinionis credatur De majoribus animalibus et bove et equo damnum dantes V. sol. par auferantur pro unoquoque et insuper damnum faciat emendare in duplum. Si vero a minoribus datum fuerit auferantur duo sol par. pro unaquaque bestia minuta et damnum emendetur in duplum si bestie fuerint usque ad XV. Et si fuerint ultra XV quantecumque sint que damnum dederint XL. sol par. auferatur. Et nulla bestia vadat in Galexignam a medio aprilis usque ad sanctum Michaelem. Et qui contrafecerit condemnetur pro quolibet bestias si in vineas iret XX. sol. par. et si in aliis possessionibus X. sol. par. et damnum restituat in duplum Salvo quod jumente possint ire in Galexignam sine damno tempore quo tribolatur minuta blada Et camparii villarum post officium camparie depositum per XV dies et non ultra ullo modo possint convenire de damnis datis in sua custodia Addimus quod credatur de damnis datis et quantitate damni civi contra singularem personam usque ad quantitatem V. sol sacramento nec possint bestie extra tria miliaria pascere in campis vacuis vignis et stipulis sive licentia domini Ille autem qui pecierit emendationem damni extra tria miliaria a campariis sive fuerit ei condemnatus camparius sive non per aliquem ipsorum vel denunciari non possit toto tempore officii eorum nec eciam aliquis de sua familia vel mezadrus vel alius colonus parciarius nisi probatum fuerit dampnum datum esse per duos testes vel per unum bone fame. Noc aliqua persona vadat super territorium alterius ville ad pasculandum quod si iverit condemnetur ac si damnum dedisset. Addimus quod camparii singularium personarum habeant tertiam partem condempnationum que fierent ex eorum accusis

RUBRICA 35ª

De campario per dominum eligendo

Item statuimus quod si quis habuerit C bibulcas terre vel plus in territorio alicujus ville vel duarum villarum contiguarum liceat ei camparum facere et constituere ad ipsas terras custodiendas. Cujus campari constitutio fiat hoc modo videlicet coram Consule justicie Mantue deputato ad cognoscendum de damnis datis illius quantitatis in quo sunt dicte terre quas custodire debuerit scribatur per ordinem in libro Notarii dicti Consulis dicte possessiones cum suis coherentiis et locus ubi sunt et quantitas earum et nomen campari debentis eas custodire. Et credatur dicto campario de damnis datis et de illis quos accusaverit damnum dedisse dictis terris atque de ejus accusationibus fiant condempnationes sicut de accusis.

RUBRICA 36ª

Quod nemo arrivet nisi ad portus solitos.

Arrivare cum navibus aliqua persona non audeat vel presumat ad aliquem locum seu ripam positam juxta dicta vignalia et possessiones et terras predictas nisi ad portus solitos et de die tantum. Et si quis de nocte arrivaverit navis comburatur. Et utraque causa condemnetur arrivans in C. sol. par. et plus et minus arbitrio domini Potestatis secundum qualitatem facti et conditionem persone. Hoc addito quod campari vel rimedii navem aliquam parvam vel magnam tenere vel habere non possint. Habentes vero vineas et possessiones supra lacum ire in navi ad ipsas suas possessiones et inde redire possint quociens et qualiter eis fuerit opportunum.

RUBRICA 37ª

Quod dominus pro famulo teneatur.

Item statuimus quod si aliquis famulus alicujus herbam fecerit vel aliquod aliud ad pasturam bestiarum aptum acceperit intra dicta vigualia vel damnum cum bestia dederit alicui dominus famuli illius ad restitutionem damni et ad solutionem insuper condemnationis in facto pro illo suo famulo integraliter teneatur. Et habeat regressum contra illum suum famulum. Salvo quod dominus si dictum famuliarem suum condemnatum Comuni Mantue dederit et presentaverit ad condemnationem solvendam non teneatur.

RUBRICA 38ª

Quod liceat campariis damnum dantes capere et detinere.

Sit quoque licitum campariis vinedris et panzarolis si non cognoverint damnum dantem clamare et illum capere et detinere donec nomen ejus scieverint. Et si fuerit persona suspecta illud possint ducere in fortiam Comunis Mantue. Et si invenerint bestias sine custode cognito liceat eis capere et detinere illas donec sciant cujus sint. Denuntiatio autem vel accusatio aliter facta non valeat. Sed camparii condemnentur ad restitutionem damni in duplum ut dictum est salvo quod contra damnum dantem possint habere regressum.

RUBRICA 39ª

Quod damnum dans de nocte condemnetur in duplum.

Et quilibet qui reperiretur damnum dare de nocte cum bestiis vel sine bestiis condemnetur in duplum ejus quod de die condemnaretur seu condemnari deberet.

RUBRICA 40ª

De damnis dantibus in regiolis vignalium.

Si vero aliqua persona inventa fuerit per camparios vel per officialem aliquem vel eciam per aliquam personam singularem damnum dare vel in terra seu possessione aliena seu in regiolis vignalium predictorum inventus fuit aliquid comittere vel facere contra formam presentium statutorum de custodia vignalium et celaverit vel mutaverit vel eciam dicere noluerit nomen suum vel cognomen vel nomen vel cognomen domini sui condemnetur in X lib. par. pro quolibet vice.

RUBRICA 41ª

Quod credatur damnum passo.

Credatur quoque domino rei de damno quod diceret sibi datum esse per sacramentum usque ad X sol. par. et de eo quem sacramento diceret sibi illud damnum dedisse et compellatur ille emendare domino dictum damnum. Et si dominus non dixerit quis damnum sibi dedisset camparius sine questione aliqua ipsum domino restituere teneatur.

RUBRICA 42ª

Quod post tertium sonum campane nemo exeat portas in vignale.

Item per tertium sonum campane Comunis Mantue que pulsatur de sero ad custodiam Civitatis aliqua persona de burgis Civitatis Mantue stare non debeat extra portas burgorum suorum seu extra curtos cum bestiis nec sine bestiis Neque ipsas portas

vel curlos exire inde usque ad sonum campane Comunis Mantue que pulsatur ad diem. Et qui contrafecerit pressumatur damnum dedisse et condemnetur arbitrio Potestatis. Burgos autem intelligimus Portum Sanctum Georgium Cypatam Cerexias Levatam et sanctum Lazarum seu domos in suburbis extra portam Aquadrucci positas. Salvo taman quod tempore vindemiarum tam homines de burgis predictis quam alii possint impune exire cum bestiis et sine bestiis et stare per dicta vignalia sine fraude pro comoditate vindimie incumbentis non faciendo vel dando damnum aliquod quod si fecerit vel dederit debeat condemnari.

RUBRICA 43ª

Quod eligantur quod fiant facere curlos et spinatas.

Preterea eligere tenenatur Potestas duos bonos viros et legales de dictis burgis pro quolibet ipsorum burgorum qui habeant facere in vignalibus predictis qui debeant intendere ad faciendum fieri curlos et spinatas ipsis burgis et ad ipsos curlos et portas burgorum de sero clandendorum et clausos tenendum sc etiam de mane aperiendi. Ita quod persone cum bestiis vel sine bestiis non possint exire de nocte. Etiam qui intendant ad accensandum stantes vel exeuntes de nocte extra dictos burgos contra predicta. Accusationibus quorum credatur et condemnentur qui extra dictos burgos contra predicta exirent vel starent cum bestiis vel sine bestiis in duplum ejus qui condemneretur de die si damnum dedisse repreiratur.

RUBRICA 44ª

De ovibus capris equabus et porcis non tenendis qui vadant in vignale ad pasculandum.

Oves capras equas aut gregem porcorum aliqua persona Ecclesiastica vel secularis non audeat vel presumat tenere in Civitate Mantue neque in burgis neque infra tria miliaria que bestie vadant ad pasculandum per arbitrio Potestatis. Burgos intelligimus Portum sanctum Georgium Cypatam Cerexias et Levatam.

RUBRICA 45ª

De accusatoribus privatis.

Privatos accusatores habere debeat Potestas secundum quod ei videbitur qui intendere sollicitare et superesse debeant omnibus et singulis supradictis ut predicte melius debeant observari. Quorum accusationibus credatur et condemnantur accusati arbitrio Potestatis.

RUBRICA 46ª

De legumine bacio non vendendo.

Legumen bazium in Civitate vel burgis Mantue non vendatur nisi per habentes terras et possessiones suas.

RUBRICA 47ª

De duodecim bonis viris eligendis pro custodia vignalis.

Item statuimus quod duodecim boni viri et fidales pro quolibet quarterio eligantur arbitrio domini Capitanei causa videndi circa custodiam vignalium et contra camparios et contra suspectas personas et dampnum dantes. Qui mittantur quocies placuerit domino Capitaneo supradicto. Quorum accusationibus credi debeat et contra accusatos procedi debeat per dominum Potestatem.

RUBRICA 48ª

Quod camparii non bibant et non concedant in burgis aut villis circumpositis sue custodie.

Item statuimus quod camparii vignalium non audeant bibere neque concedere in burgis nec in villis circumstantibus sue cu-

stodie pene arbitrio Potestatis contra quemlibet camperium non observantem predicta. Salvo quod ad portas ubi morantur ad custodiam faciendam bibere et comedere per se et non cum aliis possit emendo vinum et alia victualia sine fraude. Et super his et de his quilibet denuntiare et accusare possit probatum per unum testem bone fame et opinionis. Et postea procedi debeat contra camparium vel camparios in aliquo predictorum casuum delinquentes. Ita etiam quod quilibet qui bibere aut comedere eis dedisset possit denuntiare vel accusare impune. Addimus quod aliquis camparius durante officio camparie vinum vendere non possit ad minutum. Nec etiam partem habere in vino quod ad minutum vendatur sub banno V. sol. par. pro qualibet vice qua contrafactum fuerit vel denunciatum.

RUBRICA 49ª

De lignis non deferendis de vignali ad faxes.

Item statuimus quod aliqua persona veniendo de foras ad Civitatem vel ad burgos Mantue non deferatur ligna ab uno faxe infra nec etiam unum faxem nec ultra nec etiam minus faxa nisi primo denuntiaverit Camparius. Et ab eis habuerit licentiam deferendi. Quam licentiam dicti camparii teneantur dare postulanti primo exquisita veritate quod ille ligna habeat in sua vinea vel possessione. Et possit unus Camparius talem licentiam exibere. Qui tamen camperius sociis referat et notificet de ejusmodi licentia postulata et per eum exibita. Et si in aliquo contrafactum fuerit puniatur deferens arbitrio Potestatis. Preterea camparii denunciare teneantur et debeant custodibus portarum ne permittant alicui ligna deferre nisi deferens modo predicto licentiam habeat deferendi. Quo ligna camparii auferre teneantur et portantes insuper accusare. De quibus si neglexerint camparii vel omiserint Potestatis arbitrio puniantur. Et super predictis et singulis Potestas habeat plenum et liberum arbitrium providendi examinandi procedendi et condemnandi sicut voluerit et crediderit convenire inspecta qualitate facti et condictionibus personarum.

RUBRICA 50ª

Quod quilibet possit vindemmiare quando voluerit.

Item statuimus quod quelibet persona habens vineas in vignalibus Mantue infra tria miliaria et in Mejereto et in Civitata Mantue et in suburbus possit vindemmiare et vindemiari facere quandocumque voluerit ad suum beneplacitum et voluntatem suam. Et uvas suas et vinum ad domum suam conducere non obstantibus statutis predictis nec aliquibus aliis que obstarent. Quibus omnibus obstantibus sit per hoc statutum ex certa scientia derogatum. Item eciam quod hoc statutum tolli vel mutari non possit nec de eo absolutio indulgeri. Nec statutum in contrarium fieri aliquomodo vel ingenio quod dici vel excogitari possit de jure vel de facto. Et si fieret nec teneat nec valeat ipso jure. Sed de jure et de facto pro infecto et irrito habeatur.

RUBRICA 51ª

Quod quilibet possit uvas et fructus a possessionibus suis deferre.

Liceat quoque cuilibet habenti terras et possessiones in vignalibus supradictis apportare uvas et fruges et fructus a vineis suis terris et possessionibus ad suum sensum et volontatem suam quandocumque et quociescumque voluerit. Et nullus alius qui non habeat vineas et terras intra dicta vignalia audeat uvas seu fructus aliquos apportare et qui contrafecerit ut damnum dantis Potestatis arbitrio condemnetur.

RUBRICA 52ª

Arbitrium Potestatis super plaustris et bracentis per vindimiam.

Potestas et sua familia habeant plenum et liberum arbitrium super precipiendo et venire faciendo plaustra boves et operarios

de villis districtus ad civitatem Mantue tempore vindemiarum et super retinendo eosdem in civitate Mantue occasione vindemie quantum sibi videbitur expedire. Ut vindemiare debentes melius mercatum et majorem copiam habeant de plaustris et operariis pro vindemia consumanda et se possint comodius ac cicius expedire pro quibus aptius in effectum mandandis domini Anciani providere debeant infra octo dies mensis septembris de sufficienti quantitate plaustrorum et operariorum per districtum Mantue precipiendo et de termino veniendi secundum temporis varietas poscere videretur.

RUBRICA 53ª

Quod quilibet possit ad vindemiam carezare.

Possit etiam quilibet carezare uvas tempore vindemie nec pro id teneatur esse carezatores. Nec solvere Comuni Mantue illud quod carezatores tenentur solvere annuatim.

RUBRICA 54ª

Quod vindemiatores uvas non deferant.

Vindemiatores autem non audeant nec presumant apportare uvas a vineis quas vindemiabunt. Et qui contrafecerit puniatur et condemnetur arbitrio Potestatis. Et campari teneantur accusare quoslibet vindemiatores cives a vineis apportantes. De quibus accusationibus fiant condempnationes quemadmodum de accusationibus factis de his qui uvas contra vetitum apportarent. Addito etiam quod tempore vindemiarum Camparius cujuslibet porte ad ipsam portam pro custodia moraturus continue vindemiatores cercare debeat et scire utrum uvas deferant contra formam presentis statuti atque eos qui contra predicta deferent accusare quemadmodum ceteros pro sua custodia contra vetitum uvas portantes campari accusare teneantur. Preterea ad quemlibet portam Civitatis deputetur per dominos Ancianos unus Notarius

qui scribat vindemiatores uvas apportantes et eas afferat solium cum uvis Et insuper duo ex dominis noctis cum uno ministeriali ad quamlibet portam Civitatis ponatur qui de predictis una cum dicto Notario curam gerant.

RUBRICA 55ª

De cena non danda vindemiatoribus

Item statuimus quod cena aliqua non detur vindemiatoribus per aliquam personam sed solammodo detur eis unus panis pro quolibet loco cene Et qui contrafecerit vel ultra dederit aut acceperit condemnetur tam dans quam accipiens in XX. sol. par. pro quolibet et qualibet vice et etiam super his plenius observandis accusatores privati deputentur ut videbitur dominis Ancianis. Et insuper quilibet sit accusator et habeat medietatem condemnationum. Potestas quoque singulis diebus durante vindemia hoc faciat proconari et inde diligenter inquirat et puniat.

RUBRICA 56ª

Quod liceat dominis rerum dampnum dantes capere et detinere.

Item statuimus quod liceat dominis rerum vel aliis pro eis si invenerint aliquem dampnum dantem vel quem suspicarentur dampnum dare illum capere et detinere et ducere in fortiam Comunis Mantue si fuerit persona suspecta vel si eum non agnoverint et eum pignerare pro damno dato Et bestiam vel bestias dampnum dantes similiter detinere et in fortiam Comunis Mantue ducere vel pro eis pignus accipere

RUBRICA 57ª

De vignali cercando per Iudicem.

Item quod Iudex damnorum datorum teneatur expresse singulis XV diebus circare diligenter vignale Mantue per quarteria

et solecitare etiem exanimare camparios vinedios et penzarolos sicut eis videbitur utile Et facere quicquid utile et bonum videbitur pro custodia vignalium predictorum Et si predictus Iudex omiserit vel neglexerit predicta vel aliquod predictorum perdat de suo salario qualibet vice C. sol. par

RUBRICA 58ª

De dominis noctis sollicitandis

Preterea dictus Iudex expresse sollicitare teneatur ac etiam compellere dominos noctis intendere et adesse cum custodia et diligentia ad vignalium custodiam secundum continetur etiam in statuto dominorum noctis. Quod statutum et maxime partem illam que loquitur super custodia vignalis dictus Iudex ipsos dominos noctis et eorum quemlibet faciat et cogat integraliter observare ad hoc a medio mensis magi in antea usque ad Sanctum Michaelem. Duo ex dominis noctis pro quolibet quarterio singulis diebus teneantur et debeant cercare totum vignale per quarteria. Ita quod duo vignalie unius quarterii et duo vignale alterius quarterii et sic de singulis. Et circa ipsius vignale custodiam ne damna fiant et ne promissa statuta aliquis contrafaciat omnem curam et sollecitudinem adhibere.

Milites Potestatis teneantur intendere circa custodiam vignalium et singulis XV diebus circuire vignalis Civitatis Mantue et habere diligentem curam de campariis et eorum custodia.

RUBRICA 59ª

Quod predicta legantur in concione.

Et omnia et singula statuta supradicta de custodia vignalium et de vindemia et universalitate de electione et officio camparorum singulis tribus mensibus legantur in publica concione Comunis Mantue ad hoc ut omnibus sint notoria singulis tribus

mensibus legatur in publica concione campariis villarum et simile sit ejus officium in terris predictis et custodia eorundem. Et qui talem camparium habuerit nullum eliam campariam de dictis possessionibus solvere teneatur.

RUBRICA 60ª

De remissione damnorum prohibita.

Damnum datum in episcopatu vel districtu Mantue in aliquo loco remitti non possit in prejudicium Comunis Mantue nec de accusationibus damnorum datorum remissio fieri ullo modo.

RUBRICA 61ª

De terris extra tria miliaria custodie proximioris ville assignandis.

Omnes terre vinea prata et nemora que sunt prope custodiam camparie vignalis extra ipsos confines in custodia ville proximioris sint. Et omnes terre et possessiones que sunt in episcopatu Mantue et districtu si non sunt in guarda et territorio alicujus ville sint et intelligantur territorii et guarde illius ville cujus sunt proximiores et eas teneantur custodire et facere custodiri. Et si damnum aliquod datum fuerit Comune illius ville illud emendare teneatur nisi appareret qui damnum dedisset sicut de aliis terris seu territoriis et guardis.

RUBRICA 62ª

De alienis ovibus non tenendis.

Statuimus quod nullus in episcopatu Mantue vel districtu presumat alienas oves tenere que non sunt hominum Mantue et

districtus integraliter. Et diligenter Potestas inquirere teneatur ex officio. Nec aliquis alienas oves teneat in episcopatu Mantue. Et legatur in concione in principio regiminis et contrafacientibus auferat Potestas pro qualibet ove XII. par. et perdat oves. Et si aliquis nostri Episcopatus tenuerit oves in hyeme que vadant ad pascendum in estate in alienum episcopatum intelligatur fraus. Et Potestas teneatur ei auferre XII imperiales pro qualibet ove et ipsas expellere de Civitate et districtu Et quilibet sit accusator et habeat medietatem banni.

RUBRICA 63ª

De campariis debentibus custodire a Formigosa usque ad aggerem novum.

Formigosa Comune teneatur eligere tres camparios qui sint de terra Formigose qui debeant custodire nemora et prata que sunt a terra Formigose usque ad aggerem novum quo itur ad Comium Iudeorum qui agger est de suptus hospitale Mincii. Qui campariu habere debeant pro sua custodia quantum camparu villarum. Et ipsi camparii teneantur omnia damna que dantur in predictis nemoribus et pratis usque ad quantitatem XX. sol par. Nisi scirent illos qui dampnum dedissent. Et ultra illam quantitatem Comune Formigose teneatur emendare dampnum cum omnibus expensis in causa factis nisi appareret qui dampnum dedissent.

RUBRICA 64ª

De campariis sete Mencii.

Compellat Potestas Comune Formigose eligere duos vel tres vel quatuor camparios si voluerit ipsum Comune qui debeant custodire prata nemora in Sete Mencii a Guarnida et a prato sive nemore domini Episcopi supra usque ad Fossatum Formigose. Et habeant predicti camparii de qualibet bibulca III par. a possidentibus qui teneantur emendare dampnum si dampnum daretur

alicui usque ad X sol. par. si nescirent dare illum vel illos qui damnum dedissent. Et si daretur ultra summam predictam dictum Comune solvet. Comune Formigose teneantur reficere damnum illi cui fuerit datum si non appareret ille vel illi per quem fuerit damnum datum. Et si camparii conquerantur de aliquo pro solvendo suam partem camparie teneantur in expensis restituendis eis suo sacramento declarandis.

RUBRICA 65ª

De campariis Cararie.

Eligantur in consilio generali duo camparii de corpore Civitatis in Cararia qui debeant custodire Carariam ab arzeno sprangi superius usque ad lacum Mantue. Et habere de qualibet bibulca prati nemoris et terre aratorie III imperiales et eorum accusis credatur et aliorum campariorum. Eodem modo eligantur camparii Burbaxii.

RUBRICA 66ª

De campario Bagnoli Sancti Viti.

Statuimus quod in Civitate Mantue duo Camparii in Bagnolo Sancti Viti hoc modo eligantur scilicet proclamatione publice facta per civitatem quod omnes cujuscumque condictionis ibi habentes possessiones coram Potestate Mantue conveniant in Palatio tertia die inter quos dentur sortes dictorum campariorum. Et illi qui sortes habuerint bonos et fideles eligere teneantur. Qui vero camparii teneantur jurare sicut alii suum officium exercere secundum formam statutorum Comunis Mantue. Et habeant unum imperiale pro qualibet bibulca terre et etiam tertiam partem condempnationum.

RUBRICA 67ª

De camparis Bagnoli Sancti Blasii.

In terre Bagnoli Sancti Blasii eligantur duo camparii per homines dicte terre et jurare et facere teneantur ut alii camparii salva provisione olim facta per dominum Capitaneum Mantue et homines dicte terre

RUBRICA 68ª

De custodia Teyeti terralis Ridevalis et Fere

Statuimus quod nulla persona presumat tenere porcos in Teyete et qui contrafecerit puniatur arbitrio Potestatis. Et porcii in dicto Teyeto invento unus ex pedibus debeat amputari. Et insuper liceat cuilibet ipsos porcos in Teyete repertos interficere sine pena.

Item quod nulla persona audeat vel presumat accipere de terra Tayeti neque de terra terralii Ridevalis neque de terra terrali alicujus Civitatis vel burgorum Mantue cum plaustris neque cum navibus nec aliter ullo modo nec fodere nec vastare dictum Teyetum nec terralium. Et qui contrafecerit solvat pro banno Comuni Mantue pro quolibet plaustro terre XX. sol. par Mantue. Et pro qualibet navi C. sol. par. et pro fossura vel vastatura aliter facta puniatur arbitrio Potestatis.

Item quod dictum Teyetum et terralium per camparios debeat custodiri eligendis et deputandis ad arbitrium Potestatis. Quibus camparii Potestas debeat de salario sicut ei videbitur providere et ipsi camparias teneatur et debeat accusare facientes contra predicta vel aliquod predictorum et si non fecerit condemnetur ad arbitrium Potestatis. Et Potestas teneatur precise sepe et sepius inquirere et inquiri facere si predicta bene servantur. Et si non servarentur faciat observari omnes contrafacientes ut dictum est superius condemnando Idem quoque in

omnibus et per omnia dicimus de fera quod superius dictum est de Teyeto et terralio Ridevalis quantum videlicet est in prohibendo ne terra de ipsa Fera portetur in plaustro vel navi vel aliter non fodiatur vel aliter devastetur. In quibus casibus contra delinquentes et etiam camparios si negligentes fuerint vel non accusaverint predicta statuta debeant observari.

RUBRICA 69ª

De restitutione equorum.

Statuimus quod si equus qui teneatur ex impositione Comunis Mantue moriatur in Civitate Mantue vel burgis illum qui equum illum tenuerit denuntiet Potestati vel Iudici ad id deputato antequam equus excorietur quod ille equus mortuus est. Qua denuntiatione facta dictus Iudex ire teneatur cum syndico Comunis et cum uno de Notariis Potestatis et uno marescalco et videre et examinare dictum equum et ejus insignia et an mortuus equus sit ille qui fuerit dissignatus et scriptus ex impositione Comunis Mantue et an fraudolenter mortuus sit equus. Si vero moriatur in villa ostendatur dictus equus antequam excorietur Consuli ville et quatuor ex vicinis qui vadant et examinent dictum equum et ejus insignia et sciatur an mortus equus sit ille qui fuerit dissignatus et scriptus impositione Comunis Mantue et videatur et examinetur an fraudolenter mortuus sit equus. Idem fiat in equo qui non teneatur ex impositione Comunis si moriatur in civitate vel burgis aut districtu Mantue in ambaxata vel alitar in servitio Comunis Mantue. Item si equus dicatur esse factus inutilis vel magagnatus et denuntiabitur Potestati. Potestas faciat poni illum equum adhuc postea per unum mensem in custodia et cura unuus Mareschalchi boni Qui Marescalcus juret illum equum bonum et bona fide medicare. Et si infra terminum non poterit illum curare vel saltem non ostendet equus melioramentum recipisse ita quod liberari possit postea ille qui restitutionem vel emendationem petere voluerit et dare eum inutilem probato de ejus inutilitate per dictum Marescalcum et per unum alium possit eum dare inutilem Comuni Mantue. Salvo quod si equus heberet fractum crus

vel aliud evidens malum incurabile de quo diceretur publice liberari non posse possit sive alio termino vel solemnitate dari Comuni Mantue inutilis cui equo et omnibus et singulis qui dabuntur inutiles Comuni Mantue statim incidatur auricula. Ita quod postea cognoscatur nec possit ille qui eum dederit inutilem a Comuni pro se nec per interpositam personam illum recuperare vel retraere pena C. lib. par. Mantue et plus arbitrio Potestatis. Nec possit talis equus in perpetuum assignari Comuni Mantue pro equo milicie Mantue. Quibus servatis qui petent voluerit mendum equi ex causis predictis vel aliqua causa offerat petitionem in scriptis Iudici Potestatis ad id deputato legendam in consilio generali et sine contestatione et alia solemnitate iuris factis probationibus de equo per unum sapientem tantum assumendum Comune Mantue condemnetur ad mendum equi secundum appreciationem ipsius equi in libro designationis Comunis scriptum. De equo qui tenetur per impositionem et secundum probationem valentie equi de illo equo qui non tenetur per impositionem mortuo mangagnato vel inutili facto in servitio Comunis vel absolvatur dictum Comune si fuerit absolvendum. Condemnato autem Comuni ad mendum equi vel restitutionem satisfiat de avere Comunis Mantue petenti cui fuerit condemnatus qua satisfactione facta alium equum sufficientem emere et consignare Comuni cogatur. Hiis qui per impositionem tenebat et mendum accepti. Sed mortuo mangagnato vel inutili facto equo. Qui illam impositionem tenebat ad signationem alius qui non teneatur nec de cavalcatis nec de impositione quousque ei non fuerit mendum idem solutum per Comune Mantue.

Finis Libri Decimi.

Ego Bernardinus filius quondam Nobilis viri domini Antonii de Bonadeis civis Mantue publicus appostolica et imperialia auctoritate Notarius et in Archivio Romane Curie descriptus suprascripta statuta quondam domini Bonades de Bonadeis olim Causidici et Notarii Mantuani vetustate colabentes restaurare feci et in memoriam me in attestatione solita subscripsi die vero quarta mensis Februarii anno Domini a nativitate ejusdem millesimo quingentesimo vigesimo tertio indictione undecimo. Tempore Caroli Imperatoris et Adriani Pape septimi anno primo.

Nota al Libro Decimo.

Nell'ultimo libro del codice furono raccolte le prescrizioni dirette a favorire l'industria agricola, ad assicurare ai possessori l'intiero godimento dei frutti ritratti dalle loro terre, e ad indennizzarli perciò dei danni che a queste potessero essere stati arrecati. Giudichiamo che in siffatti ordinamenti venissero compendiate le consuetudini antiche del nostro paese, essendo scritto alla rubrica. 1° — *Quod custodia dimittantur villis secundum quod antiquitus consueverunt habere.* Mentre però il comune mosso da retta intenzione procurò a tal modo proteggere i diritti di proprietà e lo sviluppo dell'agricoltura, pare a noi che allacciato dal ricordo di usi feudali stabilisse ancora alcune leggi restrittive la libertà individuale degli agricoltori e degli industri cultori delle terre. La verità del fatto esposto potrà giudicarla chi esamini le sessantotto rubriche di questo libro, delle quali noi ci restringiamo a ricapitolare brevemente i precipui ordinamenti che vi si contengono. Tali furono:

1° — Che il Podestà ed i suoi giudici *avessero pieno e libero arbitrio* di punire quelli che, avendone incarico, non esercitassero buona custodia alle terre coltivate circostanti alla città (rub, 24ª).

2° — Che gli stessi magistrati entro quattordici giorni *post factam denunciationem* giudicassero intorno ai danni campestri altrui arrecati *assolvendo o condannando* gli accusati *cum restitutione damni in duplum* (rub. 14ª).

3° — Che *judices* ed *officiales* sopravvedessero e curassero *quod omnia et singula statuta super vignalia* fossero rispettati ed obbediti dai cittadini (rub. 12ª, 25ª, 26ª, 57ª, 58ª, 59ª, 62ª e 68ª).

4° — Che al medesimo scopo venissero eletti dodici *boni viri*

da ogni quartiere della città *pro custodia vignalium* (rub. 47ª) e che si dovesse prestare piena fede alle accuse date da loro.

5° — Che egualmente *credatur in suis accusis* ai deputati alla custodia dei campi (rub. 10ª) tanto se questi fossero stipendiati ed eletti dai diversi comuni rurali, quanto se da possessori privati (rub. 35ª). A procurare poi che fossero eletti *ad camparios* uomini onesti e degni di pubblica fede, questi si vollero prescelti *inter homines bone fame, cives Mantue et majores triginta annis* (rub. 2ª) e ad impedire pur anco che coloro potessero abusare di larga autorità conceduta, furono minutamente descritte in trentanove rubriche (1) tutte le pratiche che dovessero esercitare e le pene a cui soggiacerebbero i trasgressori. Quasi tutti i comuni fecero leggi conformi alle nostre ad istituire i custodi dei campi ed a provvedere al loro buon governo, i quali furono nominati in Mantova ed in Brescia *camparii*, in Pisa *confudiarii*. A differenza degli statuti di altre città questi di Mantova distinsero i custodi dei campi in *camparios, vimedros e penzorolos;* ed ai due ultimi crediamo fosse specialmente affidata la custodia delle valli e paludi. Argomentiamo quindi che *vimedri* fossero detti dai vimini, e *penzaroli* dai *penzoj*, voce vernacola usata a significare le stroppe prodotte dai salici. E vimini e salici allignano nei luoghi umidi e palustri, dei quali se ne hanno moltissimi nel Mantovano massimamente intorno alla città presso al lago, ed altrove vicino ai fiumi.

6° — Che fosse proibito pascere animali proprii in terreni altrui (rub. 20ª, 22ª, 44ª e 62ª); nè in questi entrare chi non ne fosse il padrone (rub. 21ª); e neppure arriparvi dappresso (rub. 30ª).

7° — Che tramontato il sole nessuno uscisse dalla città o dai borghi; onde impedire il pericolo che alcuni coll'allontanarsi da questi *dedissent damnum* ai vicini poderi (rub. 42ª).

8° — Che fossero stabilite le mercedi dovute ai cultori delle terre giusta i varii lavori eseguiti o le diverse stagioni in cui li avessero operati. Questo notiamo, benchè non sia scritto al libro decimo ma alla rubrica quarantadue del libro quarto, solo perchè in questa si leggono provvedimenti speciali a favorire il raccolto

(1) Dalla rub. 1ª alla 4ª; alla 4ª, 6ª, 7ª, 9ª, 10ª, 11ª, 13ª, 14ª, 16ª, 17ª, 19ª, 21ª, 25ª, 27ª; dalla 32ª alla 36ª, ed alle 38ª, 40ª, 41ª; dalla 47ª alla 49ª, ed alle 54ª, 57ª, 58ª, 59ª, 60ª, e dalla 63ª alla 68.ª

delle uve intorno al quale si volgono le seguenti rubriche del libro di cui parliamo Così dallo statuto accennato, e dagli altri che ora indichiamo essendo dimostrata la molta cura ch'ebbe il nostro comune a ben regolare e proteggere *vindimias* si può argomentare che le viti abbondando nella provincia di Mantova fossero le uve raccoltevi riguardate tra le principali produzioni che crescevano ricchezza allo stato. Quindi si legge:

9° — Che fosse libero *vindimiare* nei proprii poderi e trasportare altrove le uve con assoluzione da dazii e da tasse (rub. 50ª).

10° — Che il Podestà e gli anziani *faciant venire* carra, buoi *et operarios tempore vindimiarum* (1), onde queste potessero essere eseguite *ad melius mercatum* (rub. 52ª).

11° — Che *vindematores* non rubino uve al padrone sopravvedendovi a ciò deputati *camparii et domini noctis* (rub. 54ª).

12° — Che l'operaio non pretenda mercede maggiore di un franco e mezzo per ogni soglio di uve raccolte (2) nè oltre ad un pane *loco cene* (rub 55ª).

Fu infine decretato che se le leggi, ed i magistrati non avessero potuto impedire che si esercitassero *damni campestri teneantur ad restitutionem damni et ad solutionem insuper condemnationis:* 1° — Il padrone pel suo famiglio danneggiante il terreno altrui (rub. 37ª) 2° — *Camparius* cui era affidata la custodia delle terre poi derubata (rub. 14ª, 16ª e 19ª). 3° — La intiera comune del luogo, nel quale erano state tagliate le vigne o le messi; i boschi incendiati, o devastati i poderi (rub 28ª, 29ª e 30ª) (3). Nè ciò solo, ma fu legge che i danni operati nei campi in tempo di notte *puniantur in duplum ejus quod de die* (rub. 39ª).

(1) Cioè dall'8 settembre al 7 ottobre di ogni anno (Lib II, rub. 26ª).
(2) Così è scritto alla rub. 42ª del lib IV
(3) Egualmente fu prescritto anche dagli statuti Bresciani al 1256

DOCUMENTI

INEDITI O RARI

AGGIUNTI AL VOLUME TERZO

N. 42.

Vendita di una casa in Mantova faita da Orestina de Collogiolo e Concordia Presulani, al 30 marzo del 1264 (1).

In nomine Christi Die dominico penultimo Marcii, in presentia fratris Crescimbeni Ministri fratrum Humiliatorum Sancte Marie Nove, fratris Albertini de predictis Humiliatis, fratris Iohannis de Brixia de ordine Humiliatorum convocatis ad domum Humiliatorum de Bonomia, fratris Petri de Tesebetus de S. Agnete et Odiremoti Amasi nominati Nosevii filii Dom. Nascimbeni de Selveticis et aliorum testium, omnium rogatorum. Domina Orestina filia quondam Febe et uxor Bonsignorii de Bernardo Collugiolo, que renunciando exceptioni pecunie non numerate, et acceptum pretium non traditi, et non soluti precii contenta et confessa fuit se accepisse nomine finiti pretii, et venditionis XXXV soldos Venetarum grossos de Venetiis bonos, et puri et lealis argenti a Dom. Concordia filia quondam D. Alberti de Presulanis, pro quibus, et pro quo pretio predicta D. Orestina per se suosque heredes, et se lege Romana vivere profitendo, vendidit absque cartam vendicionis libere in alodium, sine aliqua conditione ficti et decime, et sine quacumque aliqua condicione, prestationis, reditus, et servitutis, et predicte D. Concordie pro ea et ejus heredibus et tradidit petium terre cum una domo murata et insolarata, jacente in contrata Sancti Leonardi penes ripam lacus ab uno latere, et viam a secundo et Ioan. Guernscij a tertio, et jura Ospitalis Sancte Marie Majoris a quarto veluti mihi Notario infrascripto relatum fuit, una cum omnibus accessibus ecc.

Actum est hoc in Andeto domorum dictorum fratrum Humiliatorum an. 1264 indictione VII.

Ego Bonaventura Notarius . . . . . filius Alberti Scardevello Sacri Palatii Notarii, his presens, rogatus scripsi.

N. 43.

Concordia stabilita dai Veronesi coi Mantovani al 9 agosto del 1214 (2).

In Christi nomine. Hec est concordia facta inter Veronenses et Mantuanos. In primis quod nullum theloneum, seu datium auferetur alicui Veronensi vel

(1) Il Visi trasse copia di questo documento dall'originale esistente presso i Padri Agostiniani di Mantova.
(2) Questo ed i due documenti che seguono vennero trascritti dal Visi dagli antichi registri esistenti in Archivio secreto Mantua

Mantuano, nisi id quod ordinamentum est inter eos. Et si ablatum esset, restituetur, cum omnibus expensis factis pro eo recuperando, illi, cui ablatum fuerit.

Item omnes perdite vel intromissiones facte pro Comuni restituantur ab ipso Comune, vel diviso, si fuerint manifeste, et si extant, et si non extant, extimatores ab eis qui intromiserint vel fecerint intromitti faciant restituire et de eis ratio fiat secundum determinationem quod ratio debet fieri sine placito, et aliqua detune Et si non fuerint manifeste perdite, arbitrum electorum racione inde cognoscantur et inde restituantur ab illis, vel ab illis qui eas fecissent, et a quibus et contracte fuerint, secundum quod ratione debet fieri Sententie date et precepte facta executioni mandentur a Rectore cujuslibet civitatis, ... fiatis ablata conquerenti, salvo eo, si fia jure fuerit appellatum, quod consequi possit causa appellationis, si de jure appellatio posset procedere. Scilicet deinceps non fiat appellatio a sententia arbitrorum.

Item de denarus Magnani, Comune Verone teneatur illos facere restituere ipsi Magnono si non sunt restituti, vel alicui alio cum mandato ipsius Magnoni ad terminum vel terminos inde constitutos.

Hoc modo petunt Mantuani predicta debere attendi, et volunt illud idem facere, videlicet si debitor solvere possit compellatur ut solvat, et de bonorum debitores venditio fiat pro Comuni civitatum, et fia pretio creditor solvatur, salvis privilegiis creditorum Qui vero non solverit in banno ponatur, nec de eo extrahatur sine voluntate conquerentis, et de Civitate et ejus virtute expellatur, et si in civitate vel districtu moraretur, civitas vel locus in quo moraretur teneatur capere bannitum, et in virtute conquerentis dare et conducere.

Item extimatio vel venditio facta bonorum Ottonis de Gervino et Pelastrelle Mollmine, iterum fiet subastatio et extimatio de dictis bonis, et plus offerenti detur salvis privilegiis creditorum, sciente Petrobosio vel ejus nuncio seu uxore ejus. Item si in die aliquis illarum civitatum erit deinceps spoliatus in territorio, vel districtu alicujus illarum civitatum, et predicta poterit probare manifeste civitas cujus virtute (et hoc sane intelligatur secundum bonum usum civitatis, contra Comune civitatis, in cujus virtute erit facta) facta fuit teneatur facere restituere eam, aut ab eis qui eam fecerunt, vel per Comune loci, in cujus virtute fuerit facta. Promissionum factarum sententiarum latarum et preceptorum datorum a Comune alterius civitatis, vel a Rectoribus earum pro singulari persona super quantitatibus, ratio cognoscatur coram arbitris Salvis pactis et promissionibus, et contractibus, et concordiis inter Mantuanos et Veronenses factis.

Ego juro ad Sancta Dei Evangelia, quod recipiam omnes lamentationes hominum civitatis, ac virtutis Verone conquerencium de hominibus nostri districtus Mantue, ed de eis infra XXX dies postquam suscepero, jure meo satisfactum fuerit et jus dicam secundum quod inferius legitur fia Maleficiis sive hoc modo. Quod si aliquis mutuo pecuniam accepit, vel aliud mandato alicujus, et usuras alio solvit vel solvere teneatur, quas possit eas petere et exigere, inde ratio fiat de debitis, et de usuris sine usuris, et fiat ratio, de fendis factis, et familiis secundum usum regni. et regionis ex eo, quod factum fuit in Comuni guerra sive tregue et Tonsa Comunis, exceptis damnis datis, quando Comune Mantue

ivit in servicio Comunis Verone, et quando Comune Verone ivit per Mantuanos, de quibus ratio non fiet. Quod si sibi si quis jus dixerit non idem suum jus emittat, exceptis solemnitatibus novellorum constitutionum, et eo excepto quod factum fuit in Comune guerra, seu tregua et tonsa, et si Rectores Mantue et Verone aliquid in concordie addiderint vel minuerint, ut dictum est attendam. Et hec omnia bona fide sine fraude attendam de hinc ad Kalendas Januarias proximas, pro ut in isto breve concordie, de iustitia inter Mantuam et Veronam facienda, continetur. Salvis tamen omnibus pactis, contractibus et statutis factis inter Veronam et Mantuam datum accipiant arbitri XII denarios de libra a qualibet parte, et non ultra de eo quod fuerit judicatum vel transactum.

Statuta et ordinata sunt hec in concordia a Domino Giroldo de 'Salis Mantue Potestate pro Comune Mantue, et a D. Ventura de Domino Thebaldo de Ripa, et D. Adhalardino de Capite Pontis ambaxatoribus Verone, presentibus D. Pedrocho de Nuce Judice Comunis Mantue, D. Bonaventura judice de Adhelardis, D. Presbitero judice, D. Ottobono de Reduldesco. In palatio illorum de Ripa, in quo Potestas moratur. Die sabati nono intrante mense Augusti millesimo ducentesimo quartodecimo. Indictione secunda.

N. 44.

Convenzione stabilita dai Mantovani coi Reggiani a favorire il vicendevole loro commercio al 9 Giugno del 1257.

In nomine Iesu Christi. Die sabati nono intrante junio, presentibus dominis Bernardino de Bosombus, Ugolino de Saviola, Attolino de Roncolandis, fratribus Piscatore et Azzolino de ordine Predicatorum et Iacobo notario de Fabricis et aliis testibus rogatis, Et dominis Bartholomeo Nuvolono, Henrico de Campitello judicibus, Oprandino de Gaffarie, Iobanne bono de Regenzonibus ambaxatoribus, Iuliano quondam D. Zanchoni de Ferrera anciano populi Mantue et sindico Comunis, Mantue nomine et vice ipsius Comunis ex una parte, Et Dominis Giberto Iustelli legum doctore, Manglepano judice, Iacobo. D. Zilii de Sisso et Rolando de Robertis ambaxatoribus et sindicis Comunis Regii nomine et vice ipsius Comunis ex altera. Dum pacem et concordiam predicti Comune civitatum contrahere volunt cum pactis et conventionibus contentis in instrumento scripto a me Richabono Notario de Creme, et a Jacobo de Fabricis notario ipsi Comunes concorditer protestant quod dacia et tholonea personarum, mercationum, et rerum venientium ad nundinas Mantue et Regii et ad mercata Burgifortis et Razoli que consueverant exigi et auferi ab utroque Comune predictarum civitatum, non remitterentur propter aliquam conventionem vel pactum factum, et quod omnes volentes ire ad nundinas et mercata predicta secure et libere possint ire.

Actum est hoc in terre Pigognagie in ecclesia Sancti Georgii anno Domini a nativitate ejusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo. Indictione quintadecima

Ego Richabonus filius quondam D Bonacursui de Crema, sacri Palacii Notarius et nuncius D. Nordi de Nordis Potestatis Mantue et Comunis Mantue dictator rogatus scripsi

N. 45.

Convenzione stipulata dal comune di Cremona con quello di Mantova al 16 ottobre del 1282.

In Christi nomine Die veneris sextodecimo intrante octobre presentibus D D Adhelgerio de Ottobellis de Regio socio Potestatis Cremone, Lazaro de Caciminicis de Bononie socio Potestatis Mantue, et Joannino Nosarii de Trutis nunc dictatore Comunis Cremone, testibus rogatis — Domini Girardus Bojardus Potestas Cremone et Federicus Tavenus, Marcius de Roncarolis, Zanalia de Medilbertis Bonacursius de Summo, et Anzalerius de Bellatis ambaxatores Comunis Cremone ex una parte Et domini Petrus de Carbonensibus Potestas Mantue et Rolandus de Pigognaga, Petrus bonus de Antelmis, Corradus Caloroeus, Ubaldus Forpharie, Girardus de Gasichis et Domasolus de Tribulis ambaxatores Comunis Mantue ex altera Convenientes simul ad colloquium in ecclesia Sancti Martini de Arzeno, districtus Cremone super formam concordie celebrande inter Comunia Cremone et Mantue providerunt decreverunt et firmaverunt

Primo quod arbitri eligi debeant hinc ad festum proximum omnium Sanctorum, qui arbitri simul conveniant et proponant modum et formam faciendi concordiam

Item quod sindici legittimi et sufficientes utriusque Comunis mittantur ad requirendam Comune Venetiarum de securitate facienda attendendi et observandi pactiones concordie factas inter Comune Cremone et Mantue. Et si Veneti recusarent facere dictam securitatem dicti sindici requirant Comune Brixie ad faciendam dictam securitatem

Item specificaverunt et approbaverunt vice et nomine Comunium, Universitatum et hominum Cremone et Mantue quod omnes bamniti et malexardi, et quilibet predictorum cum suis familiis et infamati qui, a tempore citra quo castrum Marcharegie ductum fuit in fortia comunis Mantue, habitarent in civitatibus Cremone et Mantue et earum districtibus expelli debeant a dictis Comunibus. Salvo quod Malexardi et bamniti propter partem Civitatis Mantue, non infamati possint juxta formam pactorum stare in civitate Cremone et e Cremona

asperius quando faciant bonam et ydoneam securitatem de non offendendo et non occidendo condnes, et in dicta forma teneantur et debeant facere et prestare securitatem hinc ad festum proximum Sancti Martini. Salvo quod securitas hujus modi si daretur vel data fuerit per aliquos qui possunt, approbaretur per utrumque Comune; et non ammitantur ad securitatem prestandam infamati pro damnis datis et robariis factis in districtibus dictarum civitatum ab eo tempore citra quod castrum Marcharegia devenerit in forciam Comunis Mantue, qui infamati expellere debeant cum sua familia a dictis civitatibus et eorum districtibus.

Actum est hoc in dicto loco S. Martini de Arzeno Milles. ducent. octuagesimo secundo, Indictione decima. Ego Adhelbertus de Adelbertis Sacri Palatii et nunc dictorum ambaxatorum Mantue Nuntius ad predicta scribenda pro Comune Mantue deputatus interfui et rogatus scripsi.

INDICE.

Parte seconda del Codice Bonacolsiano illustrato con note e con documenti, nella quale si comprendono gli ultimi sette libri degli Statuti di Mantova.

FINE DEL TERZO VOLUME.

Prezzo L. 4, 00.